# COLLECTIO DISSERTATIONUM MEDICARUM MARBURGENSIUM

## FASCICULUS III.

ROYAL·COLLEGE·OF·SURGEONS·OF·ENGLAND.

MARBURGI

IN OFFICINA NOUA LIBRARIA ACADEMIAE.

1793.

*Dr. Caroli Frederici Cloſſius*

# Tractatus

de

Ductoribus

# Cultri Lithotomi Sulcatis.

Marpurgi Heſſorum,

Literis novae typograph. academ.

1792.

Terentianus Maurus de ſyllab. v. 46. ſqq.

Corrigenda ſi qua ſane uiſa uobis hinc erunt,
Non ero ſtulte repugnans, aut amans praue mea,
Quin ſtatim culpanda delens, praebeam rectis locum.

Viro

Illuſtri Experientiſſimo

Domino

# C. C. Siebold,

Phil. et Medic. Doctori, Reuerendiſſ. ac Celſiſſ. S. R. I. Principi ac Epiſcopo Bamberg. ac Wirceb. a Conſiliis Aulicis, Eiusdemque Archiatro, Anatomiae, Chirurgiae, Artis Obſtetriciae P. P. O., Rel. Rel.

Chirurgo Dexterrimo

Praeceptori Suo Venerando

Antiquo Pietatis Ritu

L. M. Q. D. D. D.

Auctor.

Si quid eſt in me dexteritatis, ſi umquam aegris cultrum bono ſuccèſſu admoui, *Tibi, Vir Illuſtris*, debeo. Non enim diſcipulos obiter tantum docere, ſed ex immenſo experientiae *Tuae* penu ſolida, optima, utilia promere, et cum auditoribus candide communicare ſoles. Omnes *Te fideliſſimum* agnoſcunt *Praeceptorem*,

nemo *Tuis* inſtitutionibus ſe ſine fructu tradidit. Mihi etiam contigit eſſe tam felici, ut *Te Optimum Praeceptorem* uenerari poſſem, intima enim Chirurgiae ſacra lubentiſſimus aperuiſti, multa me docuiſti, quorum inſignis utilitas quotidie in me redundat, et olim redundabit. *Tu* mihi dux fuiſti ac moderator certiſſimus in perardua lithotomiae operatione addiſcenda, *Tu* errantem in uiam deduxiſti.

Quare habe, *Optime Magiſter*, quidquid hoc libelli eſt qualecumque, quo publicum alumni in *Te* pietatis exſtet monimentum. Exiguum quidem eſt, ſed a grato animo poſitum, daturo amplius, ſi potuiſſet. Perge in poſterum, quod huc usque feciſti, eruditis ac doctis *Tuis* ſcriptis de re publica litteraria bene mereri, et

*Semper honos, nomenque Tuum*
*laudesque manebunt.*

Vale, *Vir Illuſtris*, *Praeceptor Optime*, meque amare perge.

# *Praeſatio.*

*Mirabere forſan, quod thema* πολυθρυλλουμενον, *ut prima quidem fronte uidetur, adparatus nempe lithotomici partem ſpectans elegerim, dum tot uolumina ſuper lithotomia ſcripta, omnia ad hanc operationem rite inſtituendam neceſſaria, a uiris hac in Chirurgiae parte exercitatiſſimis prolata contineant, deque optima methodo atque inſtrumentorum optima forma inter pleroſque iam dudum nulla amplius lis agitetur. —*

*Ego*

*Ego uero partem tantum adparatus lithotomici elegi, et quidem, ut credere fas eſt, grauiſſimam, et maxima adtentione dignam. Aegre inuenies in unum collecta, quae huc ſpectant, multis in libris ſparſa jacent, et rationum, quas auctores, cur hanc potius quam illam ductoris formam putarent adhibendam, aliae non ſatis firmae, aliae parum idoneae uidentur, alii ſuas alto ſilentio praeterierunt.*

*Prae reliquis methodis adparatus, ut aiunt, lateralis arridebat Chirurgis Lithotomis methodus Cheſeldenii, egregii, nec niſi multis nominibus celebrandi uiri, tamquam ſimpliciſſima, regulisque anatomicis ac chirurgicis quam maxime reſpondens, uſuque confirmata.*

*Hanc methodum plures, iidemque periti Chirurgi ſunt ſecuti, Nannoni Goulard,*

*lard, celebratiſſimus Pouteau aliique, aut ſtricte ad Cheſeldenii normam, aut pluribus paucioribusue mutatis.*

*Hanc methodum b. Voitus Profeſſor Berolinenſis, immortalis memoriae uir, cariſſimus mihi praeceptor, (cujus praematuram mortem cum omnibus ejus diſcipulis lugeo, cujusque manibus bene precor, dum gratus recordor, quot et quanta ab illo didicerim), ſingulari dexteritate calculoſis adminiſtrauit, hanc methodum ex ore huius Viri didici, gauiſus inſuper praeceptore b. Schmuckero abs quo per biennium, quo Ejus inſtitutionibus uti mihi licuit, multas, easdemque grauiſſimas utiliſſimasque regulas practicas, cum quoad uniuerſam Chirurgiam, tum praecipue quoad Lithotomiam didiciſſe, laetus recordor.*

Nec

*Nec defuit mihi etiam occaſio, propria manu hanc operationem ſuper cadaueribus inſtituendi, ex ſingulari enim beneuolentia uenerandi* Theden *eam in noſodochio cohortis tormentariae Boruſſorum ſaepius exercere mihi licuit.*

*Commemorandus etiam uenit Ill.* Siebold, *Profeſſor Herbipolitanus, Vir de uniuerſa Chirurgia meritiſſimus, Praeceptor plurimis nominibus aetatem mihi deuenerandus, cuius quanta in me ſint merita, uerbis enuntiare nequeo.*

*Humaniſſimus Vir, ut exercitatior in operatione inſtituenda fierem, non ſolum ſuam ipſius methodum mihi monſtrauit, ſed et, quamuis* Cheſeldenianam *ſequor, tamen adſiſtere mihi, encheireſesque meas conſiliis ſuis dirigere non eſt dedignatus.*

*Quae-*

*Quaecumque igitur cum ex ore magiſtrorum, tum lectione librorum, tum anatomica et chirurgica exercitatione didici, heic in unum collecta profero, perſuaſus, me nil dixiſſe, niſi nixum ipſa corporis ſtructura. et auctoritate Virorum, artis calculum ſecandi, et rei anatomicae peritorum.*

*Intime optarem, ut puriore dictione conſcriptus eſſet libellus, ſed partim in culpa eſt rudis in ſcribendo manus, ac elegantiarum latini ſermonis non adprime gnarum ingenium, partim ipſa materiei, quam pertracto, natura, quae ſicca, ac vocabulis technicis obruta ac in deſcribendis mechanismis uerſans, aegerrime limam admittit. Iudices aequi mihi ignoſcant, nec ornamentum, ſed rem ipſam reſpiciant.*

*Quod reſtat, enixe Te rogo, L. B. placide oblata accipias, nec nimis ſeuero ac cenſorio*

*ſupercilio intuearis, haſce meas primitias, conſiderans, opus eſſe iuuenis, qui uirium tenuitatem, iudiciique inmaturitatem lubens agnoſcit.*

— *In magnis et uoluiſſe ſat eſt.*
*Vale, mihique, ſi mereor, faue.*

I. In-

## I.

# Introitus.

§. I.

Ardua ac difficilis eſt Chirurgia, quae calculo uexatis adminiſtratur; hinc non mirum, omni fere ſeculo Chirurgos huic operationi operam nauâſſe, nec ſine ſucceſſu, labores enim Chirurgorum Summum Numen fauſtos eſſe juſſit, quod Chirurgiae hodiernae auxiliorum uarietas ac copia hac in parte, ueteris inopia luculenter demonſtrat, nec *Avenzoaris* a) ſententia curatur, nec *Lan-*

a) I. Henr. Meibomii *Comment. in Ius jurand.* Hippocr. *Cap. XVI. nr. 32. p. 162.* Ioann. Freind *Hiſtor. Medicinae, Venet. 1735. p. 112.* Halleri *Bibl. Chirurg. T. I. p. 136.* „*Contra medicorum* „*ſui*

*Lanfranci* a), noſtra enim religio, anatomici et chirurgici ſtudii ſtatus perfectior meliora nos docent.

§. 2.

Hiſtoria medica nos docet, multos huic operationi incubuiſſe, quin et totos ſeſe dediſſe b), ut tantum illuſtre familiae *Colotorum*

„ *ſui aeui morem, cum ſuo aeuo periti* „ *Chirurgi rariſſimi eſſent, et Medici* „ *V. S. et manuales operationes ſerui-* „ *toribus ſuis reliquiſſent, ipſe manu* „ *ſua curauit, oſſa reſtituit, ut ſolam* „ *calculi ſectionem auerſaretur, cum* „ *ex legis praeceptis impium putaret,* „ *partes genitales intueri.*

a) Freind *l. c. p. 174.* „Lanfrancus *ex-* „ *tractioni calculi uehementer aduerſa-* „ *tur, quia ſe quosdam noſſe inquit,* „ *in quibus generandi facultatem ſuſtu-* „ *lerit.* *Cf.* Hallerus *l. c. p. 151.*

b) *Hic oculos, alius dentes curabat, et alter clarus erat ſcalpro, lapides caedebat,*

*rum* b) ac Fratris *Côme*, Lithotomorum facile principis, exemplum adducam, nec hodienum exercitatiſſimis hac in operatione inſti-

*bat*, — Hebenſtreit *de homine ſano ac aegroto, praef. p.* 7. *Iam apud Aegyptios ſingularum partium corporis humani morborumque in iisdem certos olim fuiſſe medicos litteris mandauit* Herodotus *Hiſt. Lib.* Ευτερπη, *Cap.* LXXXIIII. *p.* 169. *ed.* Borheck „Η δε ιητρικη κατα ταδε σφι δεδασαι. Μιης νουσυ έκαστος ιητρος ἐστι, και ȣ πλεονων. Παντα δ' ιητρων ἐστι πλεα. Οἱ μεν γαρ ὀφθαλμων ιητροι κατεστεασι. Οἱ δε, κεφαλης; οἱ δε, ὀδοντων. Οἱ δε, των κατα νηδυν. Οἱ δε, των ἀφανεων νουσων.. *Cf. ad hunc locum* Hieron. Mercurialis *Var. lectt. p.* 95 *Non uero apud Aegyptios ſolum, ſed et apud alias gentes id uſu ueniſſe, medicosque ex partibus curae ſibi traditis nomen accepiſſe, et hac in claſſe etiam lithotomos ſ. medicos calcularios illius aeui ponendos eſſe, ſolide, uti ſemper ſolitus eſt, nos docuit* I. H. Meibomius, *uir graece eruditiſſimus, ac criticus ſagaciſſimus, in* Comm. *ad locum Iuris jurand.* Hippocr. Ου τεμεω δε ȣδε μην λιθιωντας, ἐκχωρησω δε ἐργατησιν ἀνδρα-

 σι

ſtituenda uiris caremus, quare id, quod *Vitus Patinus* a) de ſuo, nos de noſtro aeuo maximo jure enuntiare poſſumus.

§. 3.

*σι περιζιος τηςδι. Praeter ea nos docet, hos non niſi empiricos, deque hac ſola ſua operatione dextre inſtituenda, ſolicitos, ideoque ἐργατας uocatos fuiſſe. Videſis praeter ueteres Auctores* Celſum, Martialem, Tullium, *le* Clerc *Hiſt. de la Medecine, P. III. Lib. I. Cap. II.* Vinck *Amoenit. Philol. med. Sect. III. Cap. IX. §. 4. p. 483. ſqq. et auctores ibi citt.* Fred. Boerneri *Noctes Guelphic. p. 135. ſqq.* „*Super loco* Hipp. *in jure jurando maxime uexato meditationes, quas uero, uti aperte conſtat, non niſi* κατα ποδα Meibomii *ueſtigia* Cap. *XVI. Comment. quantum id nempe ad hunc locum ſpectat, ſecutus conſcripſit.*

(a *Ultimus familiae* Colotorum *fuit Franciſcus* Colot, *cujus opus poſthumum de Lithotomia prodiit Pariſ. 1727. Hic* Colotus *a* Nic. Claud. le Cat *uocatur le Patriarche de la Lithotomie de ſon tems. Cf.* Hallerus *l. c. p. 113.*

(a *Lettres de Mr.* Gui Patin *a Mr.* Spon, *Tom. II. p. 162.* „*L'adreſſe de nos tail-*

§. 3.

Adiuum ad ueſicam et partes cum ea cohaerentes in quibusdam locis perarduum eſſe, nec facile et ſine moleſtia partes cultri acie tangi poſſe, anatomia monſtrat, tectae enim latent et multa ſub carne reconditae, partes nobiliores uicinas habent, quarum laeſio, tantum abeſt, ut ſine noxa ſit, ut potius mortem ſaepius, aut certe morbos moleſtos adferat, hinc non eſt, quod mireris, qui factum fuerit, ut ab omni inde tempore Chirurgi operam dederint, ut artificio quodam aditum ad ſcindendas partes faciliorem redde-

 rent,

„ *tailleurs eſt ſi grande, que les mala-*
„ *des n'ont plus tant la grande horreur,*
„ *qu'ils auoient autrefois de cette ope-*
„ *ration, la quelle a été autre fois fort*
„ *cruelle. Non dumtaxat propter im-*
„ *peritiam artificum, ſed etiam propter*
„ *organorum, quibus utebantur, rudi-*
„ *tatem ac inefficaciam.*

rent, quo commodius, maioreque ſecuritate audacique animo operatio queat inſtitui.

§. 4.

Hinc nulla noſtrae operationis methodus hoc commodo caret, unusquisque adparatus propria gaudet, quo id inſtituatur, cum uaria ueſicae ac partium cum ea cohaerentium loca hisce diuerſis methodis ſaucientur, inde non uno eodemque modo aditus inſtrumenti ſecantis ad ueſicam facilior reddi poſſit.

§. 5.

Si ſummam ſpectes, omnia artificia eo redeunt, ut ope corporis, vel in veſicae cavo nati, vel a Chirurgo in illud introducti, veſicae aut meatus urinarii pars ſecanda ſic protrudatur, vel firmetur, ut a partibus non ſauciandis discreta acie cultri facile tangi poſſit.

§. 6.

§. 6.

Triplici gaudemus ductore; vel eſt calculus ipſe veſicam torquens, vel eſt urina in veſica collecta, vel aqua ſiphonis ope iniecta, vel denique inſtrumentum metallicum, ad normam partium, per quas infertur, formatum. Varii hi ductores pro diuerſis methodis, vel pro genio operationis, vel pro lubitu operatoris adhiberi aut debent aut poſcunt.

§. 7.

Quam maxime vero methodi, quae perinaeo adplicantur, opem ductoris efflagitant, dum partes, de quibus ibi agitur, vel profunde latent, multa carne tectae ſunt, parum reſiſtunt, difficiles igitur ab aliis non ſauciandis partibus ſunt diſtinctu, vel tam exiguam cauitatis habent diametrum ut ſine laeſione ac dilaceratione partium non laedendarum veſicam introire ſecureque ac dextre eam a calculo liberare, plane fieri non poſſe, pateat.

§. 8.

§. 8.

Omnes, qui ſectionem altam adminiſtrant, utuntur ductore, qui potiſſimum eſt vel urina in veſicae cauo collecta, vel fluidum iniectum. Notum enim eſt ex anatomicis, ueſicam extra cauum peritonaei ſitam, urina vacuam in cauo peluis abſconditam latere, aegre igitur cultro, illaeſo peritonaeo, tangi poſſe; urinam vero, vel fluido iniecto plenam e fundo peluis eleuari; muſculis abdominalibus adpreſſam cultro nudam obiici, operationemque ſine metu laedendi peritonaei, — quae tamen laeſio non ſemper, experientia teſte, funeſta eſt, a) — inſtitui poſſe. Quisnam vero modus, veſicam fluido replendi, minoribus difficultatibus prematur, utrum naturalis per urinam, an qui iniiciendo peragitur, meum non eſt, heic disquirere.

§. 9.

a) Morand *Tr. de la taille au haut appareil*, *p.* 50. 134. *Satis, credo, ſuper-*

## §. 9.

Fuere, qui hanc ſectionem absque ullo fluido, in veſica contento, inſtituerunt, novaque haec methodus ſectionis hypogaſtricae inſtituendae, auctorem habet Fratrem *Côme*, quam peculiari libello deſcripſit a). Multum conuenit cum methodo, qua *Ioannes Sermeſius* minus fauſto ſucceſſu uſus eſt, et quam ipſe b) et *Heiſter* c) deſcripſe-

*perque notum eſt exemplum* Proebiſchii, *Chirurgi Boruſſici dexterrimi, ubi, uulnerato licet peritonaeo, res feliciter eſt geſta. Hunc caſum ipſe ſchediasmate peculiari de operatione alta, lingua germanica ſcripto, publici iuris fecit.* Wilhelm Heinr. Proebiſch *von der Operation des Steinſchneidens über dem oſſe pubis, Königsberg 727, 4to.*

a) *Methode nouuelle d'extraire la pierre par deſſus le pubis, Bruxelles 779. p. 32-48. et 64-68.*

b) Sermes *Lithot. Douglaſſiana, ofte een niewe wijze van Steenſnyden. Utrecht 726, p. 192. ſqq.*

c) *Diſſ. de alto adparatu, Helmſt. 728, Cap. I. §. 17.*

pſerunt. Fratris Côme methodus affatim nota eſt, quare ſolum modo, qua ratione e *Sermeſii* mente inſtituatur, paucis dicam. Veſica fluido non impletur, ſed ſuper ductore cultri lithotomi ſulcato meatus urinarius in perinaeo aperitur, per hanc aperturam inmittitur aut ſtylus, aut ductor forcipis lithotomicae σωληνοειδῆς, cuius ope veſica eleuata commode in regione pubis incidi poteſt.

## §. 10.

In adparatu minori faciundo, cuius elegantiſſimam deſcriptionem *Celſo* a) debemus, ductor fuit calculus ipſe. Ita res agebatur. Demiſſis in inteſtinum rectum digitis calculus quaerebatur, inuentus ad externas partes urgebatur, quo pacto veſicae pars incidenda minus a partibus externis remota, facile

a) *Lib. VII. Cap. XXVI, p. 398, ed. Lugd. B. 785.*

cile ſcalpello peti potuit. Non enim cervix, ſed ipſum veſicae corpus inciditur, nexus enim proſtatae cum collo veſicae, iſthmo, ſitus proſtatae, muſculi, quo minus ceruix partibus externis propius adcedat, prohibent, proſtatae ſtructura, muſculus ſphincter veſicae introitum calculi, mole nullo modo excedentis, vetant, quod experimenta ſatis ſuperque demonſtrarunt.

§. 11.

Non uero in ſectione alta ſola lotium aut aqua iniecta, cultro ſcindenti viam monſtrauit, ſed et ad adparatum, ut aiunt, lateralem, quidam ſibi fluidum, ductoris inſtar elegere. *Cheſeldenus* ac *Bamber*, Medicus Anglus, hoc ductore uſi ſunt, et haec methodus primus *Cheſeldenii* modus audit. Hac operationis methodo ipſum veſicae corpus tangitur. Methodus, hanc ſectionis lateralis ſpeciem inſtituendi, deſcripta legi poteſt

poteſt apud *Heiſterum* a) ac *Douglaſſium* b).

§. 12.

Non ſoli autem *Cheſeldenus* ac *Bamber* operationem lateralem hoc modo exercúerunt, ſed fuere alii, qui nouas methodos in perinaeo inſtituendas excogitârunt, quibus ipſum veſieae corpus inſtrumento ſecanti tangitur, eodemque ductore, quo *Cheſeldenus* ad primam ſuam methodum, aqua nempe iniecta, uſi ſunt. Methodos *Fouberti* ac *Thomas*, Lithotomorum Franco-Gallorum indicatas uolo. Deſcriptionem vero harum ſpecierum, iam dudum, et ſummo quidem iure, exploſarum tradendam heic

a) *Inſtit. Chirurg. P. II. Sect. V. Cap. CXLIII.*

b) *Lateral. operat. hiſtor. p. 96 ſqq.* *Cf.* Cheſelden *Anatomy of the human, boly, the VII. edit. p. 328, 329.*

heic eſſe, non cenſeo, cum ab multis iam iam ſint deſcriptae a).

§. 13.

Iis igitur in caſibus, in quibus corpus veſicae ipſum acie inſtrumenti tangitur, e metallo facti ductores non adhibentur, ſed ſunt vel calculus, vel urina, vel fluidum iniectum, excepta methodo, qua *Sermeſius* ac *Côme* adparatum altum inſtituerunt, et artificio *le Catii*, quo methodum *Ravii* fictam imitatus, corpus veſicae tribus calculoſis ſtudio ſecauit b)

§. 14.

a) *Memoir. de l'Acad. royale de Chirurg. T. I. p. 610 ſqq. et T. III. p. 653 ſqq.* *Le* Dran *Parallele de la Taille p. 4-19.* Keſſelring *de methodo Foubertiana diſſ. Halae 738.* Pallas *de uariis calculos ſecandi methodis, Leidae 754. p. 22.* Gunz *Obſſ. chir. de calculum curandi uiis, Lipſ. 740. p. 8-37.*

b) *Recueil de la Taille I. p. 76. 77. Tab. III. Fig. I. II.*

§. 14.

Miſſis vero hisce omnibus de iis ſolis ſermo erit, quibus utimur, ſi ſolum meatum urinarium veſicae adhaerentem incidimus, in adparatu magno nempe ac laterali. Praecipue uero diſſeram de rite conficiendis iis ductoribus, qui ad inſtituendam ſectionem magnam, ut aiunt, lateraliſatam, qua pars iſthmi ac proſtata finditur, corpus veſicae intactum manet, adhibentur.

§. 15.

Tale inſtrumentum iam diu in uſu fuit. Eſt ſpecillum ſulcatum, *Holſonde*, vel melius *gerinnte Sonde*. In omnibus enim operationibus chirurgicis, ſi canalis longus et anguſtus eſt incidendus, culter ſecans ſuper ſpecillo ſulcato, in fiſtulam ante demiſſo, ducitur. Optime huc facit. Cum urethra ſit longus, anguſtus, curuatus canalis, in aliis locis cuti externae propinquior, in aliis ab ea remotior, cum fiſtula igitur incidenda adprime

con-

conueniat, eâdem methodo, qua fiſtulae, urethra incidi poteſt. Stylus ſulcatus igitur, ad normam urethrae curuatus, adhibeatur; maxima difficultas ſic e medio tollitur, et inciſio, ſine hoc auxilio difficillima, huius ope facilis inſtitutu redditur.

---

## II.

## Etymologia inſtrumenti.

### §. I.

Omnis, quae a ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet a definitione proficiſci, ut intelligatur, quid ſit id, de quo diſputetur. Quare, quid ſit noſtrum inſtrumenttum, quibusque nominibus ſalutetur, erit dicendum.

Inſtrumentum de quo hic tractatus agit, eſt, quod, ante ſectionem ipſam, in urethram et veſicam immergitur, eo

eo quidem ſine, ut inſtrumentum ſcindens, quod calculo e veſica educendo liberam parat uiam, tuto partibus adplicetur, nec niſi partes ſecandae incidantur. Sulcatum eſt, et ad partes, quas permeat, compoſitum.

Variis nominibus noſtrum hocce inſtrumentum Chirurgi donâre. Vocatur quippe Catheter, Catheter ſulcatus, ſpecillum ſulcatum, Itinerarium, Ductor, Syringa a), Germanice, *Steinſonde, Schneideſtab* b). Quae nomina, quo jure, et num apte inſtrumento dari poſſint, inquiram.

§. 2.

a) Fabricii *ab Aquapendente Opp. chirurg. ed. Frf. 620. p. 266.*

b) Petr. Uffenbach *in ed. german. Opp.* Ambr. Paraei, *Frf. 635. p. 557. noſtrum inſtrumentum uocat, ein Wundeyſen, ſo inwendig hol, und vornen auſſerhalb weggeſchnitten iſt. (Specillum ſulcatum.)*

§. 2.

Catheter, graece καθετηϛ a καθιεσθαι, infundere, immittere, demittere, ui uocis ſignificat immiſſum quid, uerum ſcholis chirurgicis a priſcis inde temporibus audit fiſtula oblonga, caua et recurua, qua per urethram immiſſâ in veſicam urina retenta elicitur, ueſicae uitia inueſtigantur, et ea, quae iniicienda ſunt, in eam iniiciuntur a).

§. 2.

a) Gorraei *Definit. medic. p. 153.* Foeſii *Oeconom.* Hipp. *p. 182.* Stephani *Theſaur. L. gr. T. II.* Caſtelli *Lex. med. gr. lat. p. 148.* Caelius Aurel. *Tordar. paſſ. Lib. V. p. 133, ed. Baſil. 529. „Injectio per ferramentum, quod „Graeci catheтera uocant."* Galenus *et* Paulus Aegin. *ll. mox citandis.* Eraſiſtratus *ex quorumdam mente primus fuit, qui hoc inſtrumentum nomine* καθετηϛ *donauit, citantque locum ex libro, cuius auctor* Galenus *uulgo dicitur ex Iſagoge nempe, ſ. Medico. Locus exſtat Cap.* περι χυμων. „Την δε „πληρωσιν κινουν τῳ Ερασιςρατιῳ καθετηρι.

„Ἐςι

§. 2.

Hoc nomine plures noſtrum inſtrumentum donârunt. A *Beuerouicio* a) uocatur „Catheter gibba parte in longum paulo latiore rima fiſſum. *Waltherus* b) definitionem inſtrumenti exhibens his uerbis utitur: „Eſt quoque fiſtula carens catheter, „ plurimum incuruus, et gibba parte in „ uſum lithotomiae ſulcatus.” *Blancardi*

„ Ἐστι δὲ οὗτος προσεοικὼς τῷ ῥωμαικῷ σιγ-„ μα.“ *An reuera id ſic ſeſe habeat, uertique locus poſſit, ut a* Ioanne Andernaco *factum eſt,* Opp. Galeni *lat. edit. Lugd.* 550, *T. I. p. 183.* „*Plenitudinem uacuare ferramento, quod Eraſiſtratus* καθετηρα *nominat, Romanorum literae S. ſimili*“ *lectores, graece periti, iudicent.* *Cf.* Hallerus *l. c. p.* 17.

a) Beuerouicius *de calculo renum ac ueſicae p.* 201.

b) Waltherus *Diſſ. de collo uirilis ueſicae, cathetere, et unguentis inferendis, Lipſ.* 745, *p.* 27.

*cardi* a): „Catheter eſt inſtrumentum re-
„ curuum et fiſtuloſum, quod veſicae per
„ urethram immittitur, ad urinam ſuppreſ-
„ ſam euacuandam, et calculum in ueſica
„ haerentem explorandum; eſt et ſolidus
„ cum crena, qui in inciſione adhibetur,
„ excipiendo cultro dicatus in ſua crena.
*Heiſterus* b) deſcriptionem methodi, qua urina e veſica educitur, tradens, ex mente *Galeni* c) et *Pauli Aeginetae* d) eandem catheteris, quae ſupra exhibita eſt, definitionem tradit, noſtrumque inſtrumentum catheterem uocat ſulcatum. Decreta uero definitione catheteris, eſſe fiſtulam oblon-

gam-

a) Blancardi *Lex. med. ſub uoce Catheter.*

b) *l. c. P. II. Sect. V. CXXXVII. p. 877.*

c) Galen. *Method. med. libr. V. p. 456.* *46. a. ed.* Aldin.

d) Pauli Aegin. *Libr. VI. Cap. LIX.*

gam, cauam; catheter ſulcatus explicandus erit, eſſe fiſtulam oblongam, cauam, ſulcatam. *Heiſterus* uero deſcribens methodum *Cheſeldenii* primam, *Iacobum Douglaſſium* carpit dicentem: „Operatorem ferreum eumque cauum ac ſulcatum catheterem in ueſicam immittere," a) notamque addit: „Optandum eſſet, ut „*Douglaſſius* hunc catheterem delineari „curâſſet, dum ſine figura ex ſola hac „breui deſcriptione vix concipi queat, quo „modo catheter cauus et ſimul ſulcatus eſſe „queat. b). Non liquet uero, quo iure *Heiſterus Douglaſſium* carpere potuerit, cum ipſe definitionem catheteris ſupra datam recipiens, noſtrum inſtrumentum catheterem ſulcatum uocauerit. Dum uero fiſtula et ſulcus multum ab inuicem, cum quoad

a) *l. c. p. 98.*
b) *l. c. p. 971. not. b.*

quoad ſabricam, tum quoad uſum, differant; diuerſisque ab inuicem adplicentur inſtrumentis, oppido liquet, unum idemque nomen duobus hisce diuerſis inſtrumentis imponi non poſſe.

§. 3.

Objici quidem poſſet, uocabulum καθετης proprie nil niſi demiſſum aliquid ſignificare, eodem igitur iure, quo inſtrumentum urinae eliciendae aptum, noſtrum inſtrumentum hoc generali uocabulo notari poſſe. Verum quidem jam antiquiores medici, excepto *Hippocrate* a) uſus ſulcati noſtri inſtrumenti plane ignari, uocabulo καθετης



uſi-

a) *Hoc inſtrumentum* Hippocrates ἀυλισκος *uocauit*, περι νουσων βιβλ. α. p. 448. „Εις κυστιν αὐλισκον καθιεναι. Καθετης Hipp. *audit omne linamentum, ulceri alte demiſſum.* „Μοτουν ὠμολινῳ καθε„τηριω.“ Περι γυναικειων βιβλ β. p. 279. v. Foeſium *in Oeconom. ſua* Hipp. *ſub uoce* καθετης.

uſi ſunt, inſtrumentum cauum, quo liquida in ueſicam iniiciuntur, urinaque educitur, indicaturi, ut liquidiſſime ex locis citatis *Galeni, Pauli,* ac *Caelii Aureliani* patet. Nec auctorum recentiorum ſuit, qui hoc uocabulo proprie alio ſit uſus modo, ac priſci medici, primam ſignificationem uocabuli καθετηρ nequaquam ſecuti. Inde uelut ſponte fluere mihi uidetur, minus apte hoc nomen noſtro inſtrumento conuenire.

§. 4.

*Hieronymum Fabricium ab Aquapendente* noſtrum inſtrumentum ſyringam uocaſſe, jam dictum eſt (Sect. II. §. 1.) Verba cjus haec ſunt: „Primo ſyringam magnam, quam uulgari uoce vocant ſyringonem ex gibba ſui parte fiſſam, et per longitudinem apertam in ueſicam demittunt, tunc — incidunt ſupra ſyringae iam demiſſae fiſſuram." Vocabulum συριγξ, fiſtula,

αυλος,

*αυλος*, *αὐλισκος*, ui uocis notat inſtrumentum, concauum, oblongum, inſtar arundinis excauatum a). Recentiorum cito *Ioannem Scultetum* b), qui ſtrictam uocabuli *συριγξ* etymologiam ſecutus inquit: „Sectione facta „lithotomus itinerarium retrahit, et per „uulnus perinaei catheterem immittit, ut di„latatorium ſuper ſyringam c) in ueſicam per-

a) Caſtelli *Lex. p. 340.* Heſychii *Lexic. ed.* Schreuel. *p. 162 et 882.* *Συριγξ, organum apud ueteres muſicum, quod, narrantibus poëtis, Pan, Syringos Arcadiae Nymphae, amore captus, cum uero illa uim eius effugere non poſſet, in cannas paluſtres mutatae, inuenit,*

*Atque ita diſparibus calamis compagine cerae*
*Inter ſe iunctis nomen tenuiſſe puellae.*

*Ouid. Metamorph. Lib. I. v. 609-712.*

b) Sculteti *Armam. chirurg. p. 159.*

c) *Eſt* Mariani Sancti *exploratorium, v. Ej. libr. C. VII. in Collect.* Uffenbachii *uel* Gesneri.

„ perueniat." Vocabulis hiſce duobus — catheter, ſyringa — unum idemque inſtrumentum intellexiſſe, ipſiſſimis *Sculteti* uerbis confirmatur. Catheteris enim deſcriptionem exhibens, inquit: „Eſt catheter, ſeu ſyringa „ tentatiua," et ex ulteriore deſcriptione, ut et ex delineatione inſtrumenti liquidiſſime adparet, hoc nomine intellexiſſe inſtrumentum urinae eliciendae deſtinatum. Facile uero, conſiderata ſtructura ſyringae ac noſtri inſtrumenti, collataque cum iis, quae §§. praec. dicta ſunt, a *Fabricio* impoſitum nomen mancum, incongruum, ideoque reiiciendum eſſe, perſpicitur.

§. 5.

Datum porro eſt inſtrumento nomen Itinerarium. Antea uero, quam disquiram, num quadret, monendum mihi uenit, *Heiſterum* a) dicere: *Marianum Sanctum* illos

a) *l. c. p. 907.*

illos binos ductores a), qui dirigendae et in ueſicam immittendae forcipi inſeruiunt, itineraria uocare. Euolui librum *Mariani Sancti* b) et inueni Cap. IV. quod inſcriptum eſt, *de itinerario*, ſequentia: „Sequitur „ tunc altera, non longe a prima — ſyringa „ tentativa ſ. cathetere, — diſſimilis, niſi „ quod paulum craſſior ſolidiorque dicta eſſe „ debet. Verum a dimidio ſui, quod uirgam „ ingreditur, in ſua conuexitate concauam „ eſſe oportet. Cuius nomen itinerarium „ dictum eſt, quoniam ſuper ipſum inciſio „ facienda eſt, quoniam ipſa, quousque „ protendatur, nobis fideliſſime collum ueſicae „ patefacit, unde ſibi tale nomen aſſum-

„ ſit.

a) *Id. ib. Tab. XXVIII. fig.* 2. 3.
b) *In* Uffenbach *Theſaur. Chirurg. uel in edit.* Gesneri *Chirurg. ueter. p.* 187. *Parum duae hae editiones quoad Mariani Sancti librum ab inuicem differunt, uocabula ſolum quaedam mutata inueniuntur.*

„ ſit.“ Porro Cap. VIII. inſcripſit de duobus ductoribus — mare nempe ac foemina — dicens: „Sunt — ductores argentei, quos et alii „ ſtylos uocant, non multum ab exploratorio „ discrepantes, — ſolidiores, craſſiores eſſe „ debent, quando per eos aperiens ſiue dila„ tans Cap. IX. in uulnus intromittendum eſt,“ quod aperiens idem eſt, quod *Toletus* delineauit a). Videtur igitur *Heiſterus* erraſſe. Sed haec obiter.

§. 6.

Itinerarium, graeco uocabulo ὁδοιπορικόν, ſignificat deſcriptionem itineris ſeu uiae, uti apud *Vegetium* eſt uidere b). *Baſilius*

*Faber*

a) *Traité de la lithotomie* Nro. *IV*. *Fig. III.*

b) Vegetius *de re militari*, *ed.* Schwebelii, *Lib. III. Cap. VI p.* 87. *Cf.* Stephanus *l. c. T. III.* 1163.

*Faber* ui deriuationis et auctoritate niſus ueterum vertit itinerarium, germanice, *Marſchroute, Reiſebeſchreibung*, cui et *Gesnerus* adſentit, et varii auctores, itinera deſcribentes, uocabulis itinerarium, hodoeporicon uſi ſunt. Per metaphoram noſtro inſtrumento hoc nomen impoſitum eſſe, uidemus, auctores quosdam, qui hoc nomine donârunt, euoluturi. En inter alios *Platneri* uerba a): „ Specilla ex duriſſima chalybe facta — debent „ ſulcum in longum ductum habere, ut ſcal- „ pello uiam monſtrent, quo factum uidetur, ut itineraria nominarentur. *Guilielmus Fabricius Hildanus* b) „Recte ſic ad- „ pellatur, inquit, — itinerarium, quando- „ qui-

a) Platneri *Inſt. chirurg. §. 1363.*

b) G. Fabricius *Hildanus Tractat. de lithotom. ueſicae, Baſil. 628 p. 102. Cf.* Scultetus *l. c.* Caſtelli *l. c. p. 439.* Blancardi *l. c. ſub uoce itinerarium.*

„ quidem Chirurgo uiam ad exactam loci inci-
„ dendi notitiam ſibi comparandam monſtrat.
Quamquam autem aliquo iure hoc nomine noſtrum inſtrumentum donari poſſit, non omni tamen puncto ſatis fit, nec fabrica enim, nec uſus ex eo adparent, explicatisque his tandem perſpicitur, cur id nomen noſtro ſit impoſitum inſtrumento.

§. 7.

Nomen ſpecillum ſulcatum itidem noſtro inſtrumento datum eſt. Sic legitur a) „Tum
„ argenteum, ferreumue et fiſtuloſum ſpecil-
„ lum, externa ſuperficie reſciſſa apertum in
„ urethram ad ueſicam usque demittet Chirur-
„ gus. Eodem nomine *Plarnerum* uſum
„ eſſe, §. antecedens monſtrat b)."

No-

a) *Theſaur. Chirurg. coll. a. P.* Uffenbach *p. 369.*

b) *l: c. et §. 1375. Eſt, quod oblata occaſione moneam.* Caelius Aurelianus *Tardar. Paſſ.*

Noſtrum inſtrumentum ad genus ſpecillorum pertinere, etymologia facile docet. Specillum enim eſt inſtrumentum chirurgicum, ful-

*Paſſ. Libr. V. p. 132. de tardis ueſicae paſſionibus „adhibita melotide calculum ueſicae quaerendum eſſe" ait.* Μηλωτις *lat. ſpecillum auriculare. Solidum fuit inſtrumentum, erant enim ueteribus Chirurgis uaria ſpecillorum genera, ut* λαυρομηλη, ῥινομηλη, σπαθομηλη, μηλη ἐντετμημενη. *V. huc inprimis nott. cel.* Cecchii *in* Nicetae *Coll. uett. Chirurg. p. 94. 95. Fiſtuloſum ueteribus medicis audiuit* καθετηρ *uel* ἀυλος, ἀυλισκος. *Quadrat heic locus* Celſi *l. c.* „*Non numquam etiam prolapſus in ipſam fiſtulam calculus—non longe ab exitu inhaereſcit. Eum, ſi fieri poteſt, oportet euellere,* „ *uel oriculario ſpecillo, uel eo ferramento* „ *quo in ſectione calculus protrahitur.* „ *Plura uide ib, eod. nr. 2. et Lib. VI. Cap. 7. nr. 9. Et* Hipp. περι νουσων *lib. I. p. 130.* „Ταυτα μην ὀυν ἐστι κατα γνωμην „ ὀυκ ὀρθως. „ Κατα δε χειρουργιαν ταδε. „ Πυον ἐν ἑλκει ἐνεον, ἡ ἐν φυματι μη γι- „ νωσκειν, και τα κατηγματα, και τα „ ἐκπτωματα μη γινωσκειν, και μηλωντα „ κεφαλην μη γινωσκειν, ἐι το ὀστεον κατεηγε. „ Μη

ſulcatum uel non ſulcatum, ad curanda et penetranda loca, natura uel uitio caua aperta.

Spe-

„ Μη δ᾽ ἐις κυστιν αὐλισκον καθιεντα δυνα-
„ σθαι καθιεναι, μη δε λιθου ἐν κυστει ἐνεοντος
„ γινωσκειν" κ. τ. λ. *Minus recte igitur* Aretaei *locus uerſus uidetur a* Junio Paulo Craſſo *in Collect.* Stephani *p. 78.*
„ Ην δε λιθων ἐμφραξις ἐπιτυχη την ουρησιν,
„ ἠδε τῳ ὀργανῳ καθετηριῳ ὠθειν τον λιθον,
„ ἠδε ἀγειν το ουρον, ἠν μη ἐωσι φλεγμονη.
„ *Quodſi lapillorum interpoſitio mictum*
„ *impediat, oriculario ſpecillo lapis*
„ *amouendus eſt, urinaque educenda,*
„ *niſi adſit phlegmone." Urina enim ſpecillo oriculario non educitur, et* το ὀργανον το καθετηριον *longe alium apud ueteres habuit uſum. Congrua autem eſt uerſio, quae in edit. huius Auctoris, cur.* Boerhaauio, *p. 110 exſtat.* „*Cum*
„ *infarctus calculorum urinae fluxum*
„ *prohibet, tum per inſtrumentum, quod*
„ *catheter dicitur, retropellendus cal-*
„ *culus, etc. Praeter ea uidemus, id, quod Cel.* Camperus *hortatur, ut ſolida, non caua inſtrumenta ad calculum explorandum adhibeantur, ueteribus jam jam cognitum fuiſſe. V. et Cel.* Deſault *Theſes de calculo ueſicae urinariae, eoque extrahendo praeuia ſectione ope in-*

Species tantum ſpecillorum eſt noſtrum organum, penetrat urethram, natura cauam, ſulcum habet, ſulcatorum autem magnum eſſe numerum, non eſt, quod longo dicam ſermone. Non uero patet, quo iure nomen, quod generi tribuitur, ſpeciei euidam imponi poſſit, niſi fabrica et uſus exacte inde cognoſcatur. Vocari quidem poſſet ſpecillum ſulcatum cultri lithotomi, inde fabrica quidem notaretur, uſusque autem non *ita* eſſet in aprico. curatiusque id fieri poſſe, infra uidebimus.

§. 8.

In aprico eſt, eam nominis eſſe debere naturam, ut muneris et fabricae, ſi non omnem,

*inſtrumenti* Hawkinſiani *emendati, Pariſ.* 776. *p. II.* Snip *de lithotomia, Amſt.* 761. *p.* 23. Bell *Lehrbegriff de Wundarzneikunſt,* 2 *Th. p.* 27. *qui omnes ſolidis, non cauis inſtrumentis ad calculum explorandum utuntur.*

omnem, praecipuam tamen partem rite ac concinne declaret, et a reliquis, utcumque ſimilibus inſtrumentum diſcernat.

Cultrum lithotomum ducere, ne a recta uia aberret, et ut, quae ſcindenda ſunt, ſcindantur, non ſaucianda uero euitentur, munus eſt inſtrumenti. Sulcatum eſt eo fine, ne culter de uia declinet. Quae duo puncta iuſtam etymologiae ideam nobis ſuppeditabunt. Ductor ſulcatus apte ſatis audire poterit. *Bercrouicius* iam iam, deſcribens noſtrum inſtrumentum, hoc nomine uſus eſt a), non bene tamen a reliquis inſtrumentis, neglecto nempe ἐπιθετῳ, diſtinxit, dum duo illa inſtrumenta enſiformia, quorum auxilio forceps in ueſicam immittitur, etiam ductores adpellat b).

§. 9.

a). *l. c. p. 206.*
b) *l. c. p. 202.*

§. 9.

In alium uero nunc offendo lapidem, quem e medio tollere iuuabit. Eſt inſtrumentum, cuius ope, facta ſectione, forceps in ueſicam ducitur, et recepto Franco-Gallico uocabulo Gorgeret audit. Conuenit igitur quodammodo cum noſtro inſtrumento, iureque maximo ductor audire poteſt. In eo tamen diſcrepat, quod alii inſtrumento eſt ductor, ac canaliculatum, (ſit uenia uerbo) nec ſulcatum.

Adparet igitur, pluribus uocabulis opus eſſe, ut, quae ad iuſtam etymologiam requiruntur, exhauriantur, noſtrumque inſtrumentum a Gorgeret diſtinguatur. Audiat igitur hoc, ductor forcipis canaliculatus, noſtrum, ductor cultri lithotomi ſulcatus, uel, ſi graeca mauis, hodegus cultri lithotomi ſulcatus a).

Pro-

a) Οδηγος, *iter ducens*, *id. quod* ὁδηγητες, v. Rob. Canſtantini *Dict. gr. lat. II.* p. 1226. Suidae *Lexicon II* p. 656.

Probandum mihi eſſe uidetur hocce uocabulum; adcuratiori enim nomine noſtrum inſtrumentum ſalutat, uocabulo ductor. Explicata ſic eſſent munus, ac praecipua ſtructurae pars, neque ulla amplius reſtaret confuſio, neque dubium.

---

III.

## Deſcriptio ſitus partium.

§. 1.

Nulla fere eſt operatio chirurgica, quae tam adcuratam partium et inſtrumentorum cognitionem requirit, quam operatio calculi, in primis methodus dicta uulgo lateralis, parum enim iuuant operatorem uiſus et tactus in perardua hac operatione, nil niſi exacta, mentique

que ſemper praeſens cognitio partium laedendarum eſſe poteſt cynoſura a).

Pauca, et ſolummodo ſcitu maxime neceſſaria de meatu urinario, huius ſitu, axi ueſicae ac proſtatae enarrabo, ut, quae de fabrica inſtrumenti dicantur, facilius intelligantur. Viam praecipue mihi monſtrabit Vir Cel. *Camperus*, fato iniquo nobis iam iam, eheu! ereptus.

§. 2.

Meatus urethrae eſt meatus incuruus, cuius maxima curuatura ſub arcu oſſium pubis, ubi media iſthmi pars ligamento triangulari adnexa

a) Rolfincii *Diſſ. anatomicae, p. 14.* „*Quis, nisi ſumme audax promittat ſibi herniarum repoſitionem, calculi ueſicae extractionem, ſine Anatomiae, huius oculi Medicinae, praeſidio.*“

nexa eſt, inuenitur. Haecce curuatura non in omnibus ſubiectis una eſt eademque ſed differt pro uarietate aetatis ſubiectorum, et uaria ſynchondroſeos oſſium pubis altitudine. Quo minus aetate eſt ſubiectum, eo altiorem ſitum habet ueſica, ſic ut in fetu et recens nato tota fere ſuper margine peluis promineat. Pedetentim uero deſcendit et circa quartum aut quintum aetatis annum, ueſicae baſis modice expanſae tota fere infra marginem peluis ſita eſt, et tandem, quo prouectior aetate homo euadit, tota in fundo peluis abſconditur. In infantibus igitur ac pueris curuatura urethrae maior eſt, ac in adultis a), quod praeter ana-

to-

a) P. Camperi *Demonſt. anat. pathol. Lib. II. Cap. de Figura ac ſitu partium, in calculoſorum curatione neceſſariis.* „*In recenter natis, inquit, ueſica baſi ſua elatius ſita, pedetentim deſcendit, unde neceſſario ſequitur, curuaturam urethrae maioram eſſe in iunioribus, quam in adultis.*

*De*

tomicas ſectiones et chirurgicae obſeruationes clare docent, facilius nempe in pueris ſectio alta inſtituitur, quam in adultis, et catheteris curuatura maior pro pueris, quam pro adultis ſit neceſſe eſt b).

§. 3.

Ex his ſequitur, in infantibus axi peluis inferioris axin ueſicae non reſpondere, elatio-



*De grauidis nos docet idem cel. Auctor. in Diſſ ſua de em·lum. ac optim. methodo inſit. uariol. cum Epiſt. ad D. u.* Geſſcher *etc. p. 170. ueſica multo lotio expanſa et ſupra os pubis adſcendente, maſculinum, nequaquam uero foemininum catheterem adhibendum eſſe, maſculinum enim altius ſupra os pubis demitti poſſe.*

b) Camper *l. c. hortatur, ut catheter maſculinus infantibus 3. uel 4. annorum inſeruiturus ad normam Rauiani, mediae aetatis ad Cheſeldeniani, reliquis ad Sharpiani normam flectatur.*

tiorem illa eſſe, et fere cum axi peluis ſuperioris congredi, quae propter ſpinae rectitudinem cum linea propenſionis fere coincidit, prouectioribus uero aetate, axin peluis ſuperioris antrorſum flecti, ueſicam ſenſim ſenſimque fundum peluis petere, et axin peluis inferioris axi ueſicae reſpondere a).

§. 4.

Eadem ratione ſitus proſtatae ſeſe habet, cuius ac directionis abſoluta cognitio quam maxime eſt neceſſaria, ut pote cum operatio circa hanc partem unice uerſetur.

Con-

a) Camperus *l. c. Cap. de ſtructura peluis.* „ *Si ad axis directionem adtendimus,* „ *eam in adultis antrorſum inclinatam, in infantibus propter ſpinae rectitudinem cum linea propenſionis fere coincidentem comperimus.*

Conſideranti ſitum proſtatae abiecta altera parte laterali peluis, et, qua poteſt fieri cura, reſecatis muſculo ſuſtentatore penis, parte musculi leuatoris axi, musculis transuerſalibus, et ſuperficiali et profundo, musculo transuerſo proſtatae, ut nexus huius glandulae nullo modo ſoluatur, ſed tecta maneat tela celluloſa, ſitum naturalem tuente, et illaeſo ligamento pubis, urethram et glandulam proſtatam ſynchondroſi pubis adligante a), patebit,

a) *De ſitu proſtatae, modo hunc ſitum obſeruandi, methodoque, partes apte ad cauſam praeparandi optime egit* I. Baptiſt. Morgagni *in Aduerſar. anatomic. III Animad. 46. p. 100. Dignus eſt locus, quem totum heic exhibeam. En ejus uerba:* „*Qui* „ *omnia recte atque ordine obſeruare* „ *uoluerit, ſublatis jam muſculis ab-* „ *dominis, et omnibus, praeter rectum* „ *inteſtinum, imo, quo commodius quae-* „ *rere ac inſpicere poſſit, hinc ſupra* „ *ultimam lumborum uertebram, reli-* „ *quo trunco amputato, hinc femoribus* „ *ita auulſis, ut nihil tamen, quod ad*

bit, in omnibus ſingulisque aetate prouectioribus ſubiectis axin proſtatae axi peluis inferioris reſpondere, id eſt, cum ea in unum con-

„ *anum, perinaeum et genitale pertineat, uitietur, tota dumtaxat intus*
„ *foriſque integra magna pelui, et*
„ *quae in hac continentur, ſeruatis,*
„ *primum eam partem aui leuatorum, de qua modo dicebamus, h. e.*
„ *quae ab oſſibus pubis naſcitur — perquirat Deinde hac ab altero tantum latere a ſua origine ſeparata,*
„ *ſcroto autem, et caeteris, quae huc*
„ *non pertinent, ablatis, ſerram ab*
„ *illo eodem tantum modo latere, prope*
„ *oſſium pubis commiſſuram ita ducat,*
„ *ut eorum tamen media illa pars,*
„ *cui per ligamentum ſuſpenſorium adnexus eſt penis, atque adeo hic ipſe*
„ *in naturali ſede relinquatur. Tum*
„ *ſerra, quo potius licet, acetabulum*
„ *et infimum proceſſum oſſis iſchii ejusdem lateris translata, et ducta, os*
„ *illud pubis caute et ſuſpenſa manu*
„ *auferat, atque ita ſibi ad totius urethrae poſitionem obſeruandam aditum*
„ *aperiat. Quem quidem urethrae ac*
„ *ueſi-*

congredi, axin igitur proſtatae nil eſſe niſi productionem axis ueſicalis, et eum eſſe proſtatae ſitum, ut apex, iſthmum tangens inferiora, baſis uero, ueſicam tangens, ſuperiora reſpiciat b). In pueris ac natu minoribus non minus inuenies, axin proſtatae eſſe productionem axis ueſicalis, inde, ut ex ante dictis

„ *ueſicae poſitum ſic inſpexiſſe, imprimis*
„ *ad catheterem peritius immittendum,*
„ *ad lithotomiam felicius inſtituendam,*
„ *plurimum proderit.*"

b) Morgagni *l. c. Animaduerſ. 41. p. 95.*
„ *Semper uidi proſtatam inteſtino recto*
„ *parallelam, quae autem urethrae pars*
„ *inter proſtatam et initia ſpongioſi*
„ *urethrae corporis intercedit, in notabilem flexuram curuari; ibi enim*
„ *urethra, quae primum deſcenderat, ſic*
„ *inflectitur, ut ab antica ani parte ad*
„ *corporum penis neruoſorum concurſum adſcendat, donec rurſus, cum*
„ *ipſo, cui ſubnectitur, pene deorſum*
„ *incuruetur, atque propendeat.*"

ctis patet, axis proſtatica his non ea eſt, quae peluis inferioris.

Haec eſt uarietas ſitus proſtatae, quae ob aetatem locum habet, ſed et ſynchondroſis oſſium pubis pro uaria conditione uarietatem ſitus proſtatae efficit.

§. 5.

Altitudo ſynehondroſeos aut maior aut minor naturali eſt, quo fit, ut angulus, qui axin aperturae inferioris peluis, cum axi aperturae ſuperioris coniungit, mutetur. Si ſynchondroſis oſſium pubis longior naturali eſt, axin aperturae inferioris cum ea ſuperioris obtuſior angulus coniunget, rurſus, ſi ſynchondroſis minore eſt longitudine, axis aperturae inferioris cum axi ſuperioris angulo minus obtuſo ſeſe coniunget, ſitus igitur proſtatae duobus hisce in caſibus erit diuerſus, priori in caſu magis perpendicularem, poſteriori uero

magis

magis horizontalem ſitum habebit a). Hucusque dicta naturae congrua eſſe, obſeruationes et anatomicae et chirurgicae docent.

§. 6.

Eumdem, quem hucusque deſcripſi proſtatae ſitum docet cel. *Camperus* b), Chirurgos admodum monens, ut ſecundum axin peluis ſectionem inſtituant, ac inſtrumenta adigant, ſecus facile inteſtinum inter ac ueſicam delabi, et uanam reddi curationem.

Pauca

a) I. L. Petit *Tr. de malad. chirurg. III. p. 60.* „*J'ai obſerué, que lorsque le* „*pubis eſt eleué, la courbure de l'urethre eſt plus grande, et que, quand* „*l'arcade eſt fort baſſe, la courbure* „*de l'urethre eſt plus petite. J'appelle* „*grande courbure la portion d'un plus* „*grand cercle.*

b) *l. c. Cap. de directione inſtrumentorum.*

Pauca haec praemittenda neceſſum duxi, baſis enim ſunt diſſertationis meae, optimaque ductoris forma eo clarius eluceſcet.

---

## IIII.

## Qualitates inſtrumenti generales.

Deſcripto ſitu partium, quantum ad rem utile eſſe duxi, ordo poſtulat, ut qualitates noſtri inſtrumenti adcurate perpendam. Delicatiſſima operationis pars ſuper noſtro inſtrumento inſtituitur, quare, quae huius qualitates ſpectant, minime fugitiuo pede tangenda, ſed adcurate conſideranda ſunt. Differam igitur ſequentibus paragraphis de qualitatibus generalibus, quas uoco craſſitudinem, longitudinem, ſulcum, manubrium etc. ſequente parte uerba laturus de curuatura ac roſtro inſtrumenti.

§. 1.

## §. 1.

### *Craſſitudo.*

Varia eſſe debet ſecundum uariam iſthmi dimenſionem. Nimis pleni uel tenues ductores difficiles ſunt adplicatu a). Iuſto tenuius enim inſtrumentum facile ſeſe lacunis ac ſinubus *Morgagnianis* implicat, nouasque, ui adhibita, ſibi parat uias, debita uero plenitudine haec obſtacula ſuperans, facile eſt adplicatu. Ad haec adcedit, ſulcum tenuioris inſtrumenti non ea fieri poſſe latitudine, ut facile culter ſcindens introire poſſit, hanc igitus operationis partem difficiliorem abque cauſa reddi, quare non placet *Senffianus* ductor b) qui uix dimidiam partem ſpatii ductoris

a) *De fiſtulis urinae eliciendae aptis id jam* Celſus *docuit l. c. p. 397.* „*In-* „ *curuas fiſtulas eſſe aportet, ac neque* „ *nimis plenas, neque nimis tenues.*"

b) Heiſter. *l. c. p. 984.*

ctoris *Rauiani* habet, et ex argento confectus eſt. Optimam craſſitudinem ductorum pro diuerſa aetate, inueni eſſe VIII. VI. IIII. linearum, quas dimenſiones etiam *Petrus Ioſephus Deſault* laudat a).

§. 2.

*Longitudo.*

Diuerſa noſtri inſtrumenti longitudo eſſe debet pro diuerſa ſubiecti aetate. Optima longitudo, quae inſtrumentum ab operatore bene dirigere ſinit, erit, ut inſtrumentum, adplicatum, duas circiter uncias ſupra urethrae glandem promineat, hac enim ratione inſtrumentum quouis operationis momento facile

c) Deſault *l. c. p. 17. Exſtat tractatus germanica lingua in der Sammlung auserleſener zur Geſchichte und Ausübung des Blaſenſteinſchnitts gehöriger Abhandlungen, Leipzig 784.*

cile erit directu- Expertus ſum, tribus diuerſae longitudinis ductoribus totum opus abſolui poſſe, maximamque ductoris longitudinem, quoad partem rectam, — de curua enim heic ſermo non eſt — eſſe poſſe octo unciarum, mediam ſex, minimam quinque. Iſtiusmodi ductores omnibus caſibus reſpondebunt a).

Monenda vero quaedam ſunt de determinatis, ac inter ſe coniunctis plenitudine ac longitudine inſtrumenti. Eſſe enim poteſt, minoris longitudinis penem, maiorem urethrae diametrum habere, maiorisque longitudinis

a) *Cel.* Deſault *ſequentes commendat dimenſiones l. c. p. 17. Primi ductoris pars recta 7. poll. 6. lin. cum curua 12. poll. Secundi ductoris pars recta 6. poll. cum curua 10. poll. Tertii ductoris pars recta 5. poll. cum curua parte 8. poll. Cf.* Bell's *Wundarzneikunſt, II. Th. p. 34.*

dinis uel a natura, uel morbis organicis aut ſpasmis diuturnis urethram coarctantibus minorem diametrum. Quo ſequitur, neceſſe eſſe poſſe, ut ſecundi ordinis ductor habeat craſſitudinem primi, et u. u. Manente igitur longitudine ductoris, uaria erit craſſitudo, ergo aequalis longitudinis ductores ad normam urethrae uaria plenitudine praediti eſſe debent. Ut autem cognoscatur, quinam ductor, et quaenam huius plenitudo apta ſit, eligatur ductor, cuius plenitudo cum ſtyli exploratori e chalybe confecti plenitudine conuenit a). Hoc modo prima facie aptus eligitur

b) *Sect. II. §. 7. not. citaui cel. Camperi monitum de adhibendis ſtylis exploratoriis ſolidis e chalybe confectis, ad normam ductorum ſulcatorum ſeſe habentibus. Jd uero monendum reſtat, quoad craſſitiem ac longitudinem partis rectae adprime inter ſeſe conuenire debere, minime uero quoad roſtrum*

tur ductor. Regula ſane maxima adtentione digna, fieri enim poteſt, ut, neglecta ea, praeparatio ad operationem nimis longa euadat, aegro multi dolores e mutatione ductorum excitentur, donec tandem aptiſſimus inueniatur.

## §. 3.

*Manubrium.*

Sit firmum, latum, neque nimis longum, et ea ratione conſtructum, ut ductor commode, firmiter ab ipſo Chirurgo teneri poſſit, ſecus enim curatio ſiniſtra euadit, e declinatione cultri, e ſulco ductoris, dum proſtata, tenax, reſiſtens corpus ſcinditur, quod praecipue de iis ualet du-

*ſtrum ac partem curuatam, ſed aliam harum partium figuram eſſe debere in ſtylo, aliam in ductore, quod Sect. VII. fuſius demonſtrabitur.*

ductoribus, qui annulum habent, eo fine, ut et ductorem tenere, et ſcrotum ſuſtentare ipſe Chirurgus ipſo operationis momento poſſit. a). Ardua encheireſis, non niſi ab exercitatiſſimo in uſum uocanda, peccatum enim aegroto funeſtiſſimum, facillime committitur, dum digito auriculari ductor tenetur, ſuper quo proſtata ſcinditur. Nec patet ratio, quare Operator ipſe ſcrotum ſuſtentare debeat, hoc enim modo cutis ſcindenda non intenditur, quae eſt ad os iſchii laxiſſima, nec niſi cutis perinaei ac raphe ſurſum trahuntur Quare aut Chirurgus ductorem teneat, miniſter cutem intendat, aut ductor a miniſtro teneatur, cutis ab operatore intendatur.

Multum

a) *Eiusmodi eſt ductor Cl.* Pouteau *v. Ej. vermiſchte chirurg. Schriften, Tab. I. Fig. I.*

Multum diuque diſputatum eſt, utrum miniſtro ductor tenendus committi debeat, nec ne. Multi valde id reformidant, fieri enim poſſe credunt, ut miniſter uidenda operatione occupatus, munus ſuum negligat a). Ad haec uenit, non ſemper eiusmodi miniſtros praeſto adeſſe, qui hanc prouinciam rite ſuſcipere poſſint. Magni igitur momenti eſt, ut Chirurgus eas operationis methodos diſcat, quae, ut ipſe ductorem teneat, permittunt, conſtat enim, eſſe quasdam, quae id non permit-

a) *Cl.* Goubelly *in Iourn. de Medecine, T. XLVII. Ianu. 1777. p. 62.* „*Des inconuenieus tres grandes; comme celui, de confier le catheter a un aide, qui curieux de uoir operer, oubliera, qui doit tenir le catheter, et ſera la cauſe d'une inſinité des malheurs.*“ *Cf.* Sharp *critiſche Unterſuchung. u. ſ. w. p. 194. De la Faye in Not. ad* Dionis *Cours d'operations de Chirurg. Pariſ. 782, p. 222.*

mittunt. Tum uero praecipue ipſe ductorem teneat, dum proſtata finditur, delicatiſſima enim eſt operationis pars, et ob eam ſolam ductore utitur. Imperitiſſimus enim quisque, quando cutis ac carnes diuiduntur, ductorem tenere poteſt, hoc enim momento ductor nullum praebet uſum, et Chirurgus pro lubitu cutem ipſe poterit intendere a)

§. 4.

Optimum manubrium, me iudice, erit tale fere, quale *Garengeot* b) deſcripſit, dicens: „Il faut, que les anneaux repreſen„tent un coeur, a fin, qu'une ſurface plus „eten-

a) Sharp *l. c.* „*Die mehrſten werden den „äuſſern Schnitt feſter verrichten kön„nen, wenn ſie ſich mit den Fingern „der linken Hand auf den Damm „ſtützen.*"

b) Garengeot *Tr. des Operations de Chirurg. T. I. p. 342.*

„ etendue donne plus priſe au Chirurgien;" hoc manubrium delineauit in Tractatu ſuo de inſtrumentis. Eam habet formam, ut firmiter ac commode teneri poſſit; longius uero, quale eſt depictum apud cl. *le Cat*, a) Chirurgi brachium, iuſto nimis eleuandum, fatigat. Conſtat enim ex praeceptis cel. *Camperi* b) aegri ſitnm eſſe debere, ut perinaeum aegroti ſuperiorem pectoris Chirurgi partem reſpiciat, hoc enim ſitu axin peluis adcurate operator ſecando ſequitur. Nec opus eſt, ut toto pugno ductor teneatur, talia quippe manubria, qualia apud cl. *le Cat* ſunt uidere, eo in caſu adhibenda ſunt, quo Chirurgus methodum ſequitur, quae requirit, ut ductor miniſtro tenendus tradatur, magni

 enim

b) *Recueil de la Taille I. Fig. 1.*

c) *Cf.* Gerrit v. Wy *vermiſchte Schriften*, *p.* 134.

enim intereſt, ut ab illo ductor firmiter teneatur a). Quibus uero in methodis Operator ductorem ipſe tenet, cum opus ſit, ut eo ipſo momento, quo proſtata finditur, ductor inclinetur, ut apex in ueſicae cauo adſcendat, quod infra fuſius demonſtrabo, hocque negotium magna cum dexteritate, et agilitate manuum, et inclinantis et ſcindentis fieri debeat, facile eſt perſpectu, his requiſitis ab operatore ſatis fieri nequire, toto pugno ductorem tenente. Hac igitur ratione procedat: Adplicetur ſuperficies interna pollicis ſuperficiei manubrii conuexam curuaturae partem reſpicienti, alteri ductoris ſuperficiei ſuperficies interna phalangis ſecundae indicis, aduerſis ueſtigiis contra ea pollicis. Digitus medius et annullaris iuxta indicem ponantur, auricularis

a) *Parallele de la Taille laterale de Mr.* le Cat *auec celle du lithotome caché, p. 58.*

laris uero ea in ſuperficie, in qua pollex, ita, ut dorſum primae phalangis huius digiti ductori imponatur. Pollex et index ſoli manubrio incumbunt, reliqui uero digiti rectae ductoris parti, ſed nil obſtat, quo minus firmiter ac commode ductor, quod ipſe saepius expertus ſum, teneatur, omniaque munera maxima agilitate peragantur.

§. 5.

*Sulcus.*

Omnes omnium Lithotomorum ductores tam magni, quam lateralis adparatus, quantum ego quidem ſcio, ſulcati fuerunt, nec alio umquam uſi ſunt ductore, excepto *Fratre Iaques*, qui ſuper terete chalybeo non ſulcato ſtylo curauit. Fieri itaque non potuit, ut in omnibus ſingulisque operationibus eodem loco, easdemque partes incideret, nec mirum fuit,

ut

ut ſaepiſſime, pertuſo iſthmo, ſuperficiem anteriorem et ſuperiorem proſtatae, uaſa laceraret, iſthmum reſecaret, ueſiculas ſeminales ac inteſtinum rectum pertunderet, corpus ueſicae disrumperet, quod *Dionis* a), *Liſter* b), *Mery* c) aliique fuſe nobis narrant. Exercitatum tamen fuiſſe operatorem Fratrem *Iaques*, hasque calamitates facile uitare potuiſſe, ex eo adparet, quod, cum ſuadentibus *Fagon*, Archiatro Galliarum regis, ac *Felix*, Chiriatro regio, ſulcato uteretur ductore, quae periodus ſecunda operationum Fratris *Iaques* a *Morando* uocatur, rite operationem abſolueret, ſic ut uitioſiſſima prima periodus fuiſſet, ſecunda, eodem

a) Dionis *Cours d'operations*, *p. 245. 246.*

b) Liſters *Reiſen*, *Schwabach 753*, *p. 254.*

c) Mery *Obſeru. ſur la maniere de tailler — pratiquée par* Fr. Jaques, *Pariſ. 700*, *p. 48. ſqq.*

eodem teſte, tam eximia fuerit, ut ipſe *Cheſelden* paucis mutatis eam ſequeretur a).

§. 6.

*Praecipuae ſulci qualitates hae ſunto.*

Sit affatim profundus, circiter unam lineam cum dimidia totidemque latus b), ne culter e ſulco declinet. In primis eſt adtendendum, ut ſupercilia ſulci, quantum poteſt, ſint praepilata, ne immiſſus ductor urethram laedat, quod *Sharp* ac *Bell* multum hortantur c).

Cum

a) *Morand Opuſc. de Chirurgie*, p. 51. ſqq.

b) Garengeot *l. c. p.* 117. „*Il faut, que* „*la rainure de la ſonde ſoit d'une bonne ligne de large.*

c) Sharp *Tr. des operations de Chirurgie*, p. 236. „*Il faut avoir, en faiſant la cré-*

Cum in operatione nil niſi pars iſthmi poſterior ac proſtata diuidantur, ſola ductoris curuatura ſit ſulcata, reliqua pars ſulco careat a). Fuere, qui ſulcum in ductoris latere poſuerunt, eo quidem fine, ut proſtatae margo ſiniſter eo certius ſecari poſſit; curuaturae igitur latus conuexum ſulco carebat b). Quod ſi eſt, manubrium ad inguen dextrum minime inclinari debet, non enim latus proſtatae ſiniſtrum, ſed ſuperficies anterior ſuperior ſcinderetur; quare, ut tali ductore utens e latere proſtatae curet, neceſſe eſt te-

„ *creuelure, que les bords ſoient bien* „ *liſſes, a fin, qu'en trauerſant l'urethre ils ne la bleſſent.* *Cf.* Bell *Wundarzneikunſt,* 2. *Th. p.* 78. Heuermann *Abhandl. von den vornehmſten chirurg. Operationen,* 2. *Th. p.* 100.

a) Bell *l. c.*

b) Bell *l. c. p.* 34 *et Tab. I. Fig. l.*

teneat cum cum linea abdominis alba parallelum. Minime uero reliquis ductoribus, ſulcum in ſuperficie conuexa habentibus, eſt praeſtabilior, multorum annorum experientia nos docuit, cultrum rite adplicari, proſtatamque findi poſſe, etſi ordinario ductore utamur. Neceſſe *etiam* eſt, eodem, quo hic ductor, modo, teneatur uſitatus, dum ductoribus canaliculatis *Hawkinſiano* ac *Deſaultiano* curatur, inclinato enim uerſus inguen dextrum ductore, ſuperficies ſuperior proſtatae inſtrumentorum acie tangitur, metusque eſt, ne arteria pudendalis interna laedatur. Tale infortunium, ut mihi narrauit b. *Voitus* cel. *Louis* accidit, qui operationem calculi, *Hawkinſiana* methodo exercendam, dexterrimo *le Blanc* oſtenſurus ductorem canaliculatum ſcindentem protruſit, et ſtatim magna ſanguinis copia e uulnerata arteria ſub pubis angulo prorumpente, poſt duas horas aeger obiit.

§. 7.

§. 7.

Reſtant aliae quaedam ſulci mutationes, quas primus, quantum ſcio, *le Cat*, et poſt eum cl. *Michaelis*, Profeſſor Marburgenſis adhibuit, quorum libros, ut, quaenam ſint mutationes, et quomodo inuicem conueniant, cognoſcas, euolue a). Parum frugis adferre uidentur, nam in omnibus ſingulisque ſubiectis ſulci ſuperior pars iſthmum loco apto non tangit b), iterque, quod ductori canaliculato ſcindenti eſt faciundum, nimis longum eſt, inde iure uerendum, ne ductui urinario ac ueſicae ipſi plaga infligatur maior, quam utilis eſſe ac ſine periculo fieri poſſit. Ipſe *le Cat*, dexterrimus

a) le Cat *l. c. Tab. V. Fig. II. et* Michaelis *medicin. Bibliothek*, *1. B. 2. St. p.* 224 *et Tab. adiect. Fig. I.* Hausmann *Beurtheilung der Hawkinſchen Methode*, *in not.*

b) Hausmann *l. c.*

rimus Operator, hanc ſulci formam poſtea reiecit, absque dubio grauibus rationibus motus; uideturque is, qui lithotomiam absque his adminiculis inſtituere non ualet, eam et his adiutus nequaquam rite ac praeclare perficere poſſe, praeter ſolidam enim anatomicam ac chirurgicam cognitionem adſit, neceſſe eſt animus intrepidus, manus firma ac ſtabilis, quae duo poſteriora inter praecipua quae Chirurgum operantem perficiunt, *Celſus* ponit a).

§. 8.

Praeter ea ante operationem inſtituendam ſedulo eſt adtendendum, ut ſulco adcuratiſſima ſit laeuigatio, nullae foueolae a rubigine inductae inueniantur, cul-

c) Celſus *Lib. VII. praef.* Cheſelden *l. c. p.* 334.

culter enim in ſulco protruſus has inaequalitates offendit, facileque apex illius defringitur.

§. 9.

*A p e x.*

Apex inſtrumenti noſtri a quibusdam arte peritis clauditur, ita enim culter nimis protrudi non poteſt. Alii uero apicem ductoris non claudunt, rati, apicem ductoris forcipis in ueſicam delati aegre ab inſtrumenti noſtri apice clauſo ſolui poſſe a). Ductores adparatui magno deſtinati, *Dranianus*, *Catianus* apicem obſtaculo clauſum ha-

a) Sharp *Tr. des Oper. de Chirurg. l. c.* „ *Le bout de la ſonde doit être ſans* „ *arrète, autrement on auroit quelque-* „ *fois de la difficulté, à la retirer,* „ *quand le gorgeret eſt introduit, et* „ *qu'il preſſe contre l'extremité de la* „ *ſonde.* *Cf.* Ej. *critiſche Unterſuchung*, *p. 197*, Bell, *l. c.*

habent, alii uero *Cheſeldenianus* a), *Rauianus* b), et omnes fere recentiorum Lithotomorum apicem habent apertum. Verum, cum diuerſi Lithotomi et clauſo et aperto apice inſtructis ductoribus olim et nunc aeque felici cum ſucceſſu uſi ſint et utantur, parum intereſſe uidetur, utrum apex clauſus ſit, nec ne, modo obſtaculum bene ſit laeuatum. Ab inexercitato ueſica laedi poteſt, apex clauſus ſit, uel apertus, optimusque conductor ductoris canaliculati manebit digitus Chirurgi.

§. 10.

Praeter ea apex ductoris ſit obtuſus, lacunae enim meatus urinarii, quarum oſtia an-

a) Douglas *Adpendix Fig. III.* Heiſter *Tab. XXXI. Fig.* 7.

b) Albini *Index ſupell. anat.* Rauian. *Tab. I.* Heiſter *Tab. cit. Fig. III.*

anterius reſpiciunt, facile apicem minus obtuſum recipiunt, et, ſi uis adhibetur, nouus canalis facillime procreatur, quod; quantum damni adferat, non eſt, quod longo ſermone enarrem.

§. 11.

Alii ductoribus ex argento, alii ex chalybe factis, uſi ſunt. *Ioannes de Romanis*, qui primus lithotomiam ſuper ductore ſulcato exercuit, e chalybe confecto uſus eſt, et celeberrimi Lithotomi eum ſecuti ſunt, *Cheſelden*, *Rau*, *le Cat*, *le Dran*, *Sharp*, *Garengeot*, *Pouteau*, qui omnes expreſſis uerbis ductores chalybeos deſiderant. Fuere alii, qui ductoribus ex argento confectis uſi ſunt, e. g. *Franco*, *Scultetus*, *Senff*, *Faget.* a) *Ambroſius Paraeus* uel argenteum uel chalybeum absque diſcrimine commen-

mendat. Verum ſacile eſt perſpectu, argenteo aptiorem eſſe chalybeum ductorem. Iam iam dictum eſt, ſulcum ductoris bene cauum latumque eſſe debere, uerum argenteus tantum non patitur ſinum, absque magno firmitatis diſpendio, quantum ductor e chalybe; his adde, argentum mollius eſſe metallum, laeuitatem igitur ſulci a cultri apice mox deſtrui, futuris igitur operationibus argenteum ductorem aptum non fore. Ratio, qua commotus *Senff* argenteo uſus eſt, quod nempe ab urina non aeque argentum rubigine inficiatur ac chalybs a) exigui eſt momenti, munditie tantum opus eſt, ut rubigo arceatur, quod mox indicabo. *Cheſeldenii* argumento motus *Heiſterus* aliam adhuc et ſat grauem rationem protulit, cur chalybeis utendum ſit ductoribus, inquiens: „Nonnulli „etiam ductores argenteos adhibent, uerum „ferreus, dum ductore tangitur, fortiorem „edit

a) Heiſter *l. c. p. 986.*

„ edit ſonitum, quo certiores reddimur, nos
„ reuera in ſulco catheteris eſſe.

§. 12.

Commendandum porro eſt fabris cultrariis, ut ad conficiendos ductores optimo, puriſſimo chalybe utantur, ut pote qui bene laeuigari poteſt a), peioris uero notae chalybs elegantem fabricam minus bene recipit. E duriſſimo chalybe ſpecilla parata eſſe debere, inquit *Platnerus* b).

§. 13.

Rubigo ab hisce e ſincerrimo chalybe confectis ductoribus arceatur, quae rodendo corrumpit.

Lo-

a) Celſus *l. c. p. 397.* „*Laeues admodum* „ *oportet eſſe fiſtulas.*"

b) *l. c. cf. Heuermann l. c. p. 99.*

Lotium omnium noſtrorum humorum primum putreſcere quis eſt, qui neſciat? a) Tale lotium maculas inſtrumentis meis induxit, ut quamuis ſummam curam paulo poſt peractam in cadaueribus non calculoſis operationem adhibuerim, rubigo tamen aegerrime potuerit abſtergi. Urina uero calculoſorum ſaepe ſaepius tam acris eſt, ut naſus acerrimo halitu offendatur, nec mirum, calculus enim in primis rarus iugiter imbibit urinae partem, quae in cellulis calculi ſtagnat, muco tenaci miſcetur ac putreſcit b). Ad haec uenit, urinae eiectionem calculoſos maximis ac acerrimis doloribus torquere, unde metu mictionis perculſi parum bibunt, ſales igitur urinae non affatim di-

a) Boerhaaue *Element. Chymiae II. Proceſſ. C.*

b) *de* Haen *Rat. med. P. II. Cap. XII. et* P. *III. C. IV. Obſ. 1. 2. 4. urinam calculoſi cum acidis efferbuiſſe docet.*

diluuntur, unde, urina acris euadat neceſſe eſt a). „In calculo fungoſo in ueſica uel re„nibus haerente reſorptam urinam mora et „calore putridiſſimam fieri poſſe, certiſſimae „docent obſeruationes, ait Archiatrorum Co„mes L. B. *de Swieten* b). Ex quo liquet, ſtatim poſt operationem adcuratiſſime abſtergendos eſſe ductores, et poſt pinguedine quadam, quo aëris humidi adceſſus ac iniuria inhibeatur, inungendos; pinguedo autem non facile ranceſcit, hancce uero palmam reliquis omnibus butyrum Cacao eripit c).

En

a) Boerhaaue *l. c. p. 280.*

b) *Comment. ad Aphoris. 89. Cf.* Brendelii *Progr. de calculi ueſicae urinalis renumque natalibus, rec. in* Ej. *opuſcul. cur. illuſtr.* Wrisberg. *P. I. p. 59.*

c) Cranz *Mat. med. et chir. II. 121.* Bergius *Mat. med. T. II. p. 666. Cel.* Moench *Mat. med. p. 93.*

En generales inſtrumenti qualitates. Agam nunc de illa inſtrumenti parte, quae maximam ac ſcrupuloſiſſimam curam requirit.

---

## V.

## De curuatura ac roſtro inſtrumenti.

### §. 1.

Rem nunc ago, maxima adtentione dignam, deſcribens qualitates roſtri ac curuaturae noſtri inſtrumenti, ſuper hac parte ſcrupuloſiſſima ac periculoſiſſima operationis pars, ſectio proſtatae perficitur, aditusque ad ueſicam paratur. Facile patet, roſtri fabricam ſitui partium, de quibus in operatione agitur, congruam eſſe debere, quum inciſio ad normam partium fieri debeat, ſi uelis rite opera-

 tio-

tionem abſoluere, multasque calamitates, aliâs fieri ſolitas, declinationem inſtrumenti, laeſiones partium non laedendarum euitare. Solide, uti ſemper ſolitus eſt, cel. *Camperus* monſtrauit, ſecandum eſſe umbilicum uerſus, nulla enim alia ratione directionem axis ſequi poſſe Operatorem a). Inferiora uerſus ſcindens certiſſime e ſulco declinabit, inteſtinum rectum, aliasque partes laedet b), proſtata intacta manente.

Antea uero, quam meam ſententiam proponam, quae auctores ſuper hac materia memoriae prodiderunt, erunt praemittenda.

§. 2.

a) *Demonſtrat. anat. pathol. L. I. Cap. de directione inſtrument.*

b) Cheſelden *l. c. p. 330.* „*J cut upon „the ſtaff — from below upwards, „to auoid wounding the gout.*"

§. 2.

Pauca nec rite determinata ſuper hac materie in libris Chirurgorum inueniuntur. Quaedam ex iis excerpta proferre mihi liceat.

*A. F. Waltherus* a) talia habet: *Eſt quoque fiſtula carens catheter, plurimum incuruus, et gibba parte in uſum lithotomiae ſulcatus, qui in longius roſtrum deſinit, eodemque in ueſicam illato artifices magnam corporis ueſicae partem uerſus latus perinaei altius deprimunt, eoque longius Iacobo ac Rauio incidunt. Neque admodum diſſimilis eſt ille catheter, quem adhibent in caeteris lithotomiae methodis, ſcilicet cum lateri ueſicae magis, quam proſtatae colloque ueſicae parcitur.*

Fu-

a) *Diſſ. cit. p. 27.*

Fugitiuo ſimiliter pede *Garengeot* a) in tractatu de inſtrumentis noſtrum inſtrumentum tetigit. En, quae pauca docuit: *La ſonde cannelée a ſur toute ſa conuexité de ſa courbure une rainure d'une bonne ligne de large, dans la quelle on conduit le lithotome. Elle eſt figurée comme la ſonde a long bec, obſeruant, que la courbure faſſe une grande panſe, pour jetter d'auantage les tegumens en dehors.* Paucis poſtea uerbis deſcribit manubrium inſtrumenti, methodumque tenendi operationis tempore, eademque fere alibi etiam habet b). Paucis itidem explicârunt inſtrumentum noſtrum *Sharp*, *le Dran*, *Bell* c). Uberiora uèro ac meliora docuerunt cel. *Deſault* ac *Goubelly* d).

Plu-

a Garengeot *Tr. des inſtr. de Chir. T. I. p. 177.*
b) Id. *Tr. des operat. de Chir. T. I. p. 342.*
c) *ll. cc.* d) *ll. cc.*

Plurima, quae hi celebres Viri docuerunt, iam iam adduxi, aut breui a me dabuntur, unde, ne exſcribendo taedium adferam, hîc ſatis eſto.

§. 3.

Aegre uero inuenies apud Auctores comparationem ductorum, quibus Lithotomi uſi ſunt, tam inter ſe, quam cum ſitu partium ſcindendarum, maximi uero hoc eſſe momenti, quis negabit? Diuerſiſſimos ab inuicem quoad figuram, ductores perinde, ad operationem cito, tuto et iucunde perficiendam, abs quouis in uſum uocari poſſe, nemo defendet. Quo minus enim figura ductoris cum ſitu partium conuenit, eo magis erit reiicienda.

§. 4.

Ante omnia uero dicendum mihi erit de peculiari adtributo, quod omnes fere ductores

res ad noſtra usque tempora habuere, puta; de curuatura antrorſum conuexa, mediaque rectam inter ductoris partem ac curuam.

Originem haec inflexio trahit ab adparatu magno, eaque effectum eſt, ut aucta inde ductoris curuatura propria, partes ſcindendae magis protruderentur. Hac in operationis methodo, qua partes molles, laxae, reſiſtere nesciae, bulbus nempe ac iſthmi anterior pars ſcindebantur, conuenit. Cur uero ductoribus, adparatui laterali deſtinatis, quo proſtata ſcinditur, inſerta fuerit, plane non conſtat, dum partes, quae hac methodo ſecantur, protrudi nequeunt, firmiter a muſculis, ligamentis ac celluloſa denſa in ſitu ſeruatae. Leuiter proſtatam protrudere, nil ualet, fac enim, ad aliquot usque lineas proſtatam propelli, cui bono hoc eſſet, cum ad unum cum dimidio pollice et amplius ab integumentis communibus diſtat. Maior uis urethram mul-

multum laedit, cum proſtata firmiter adnexa et directio meatus urinarii longe alia ſit, ac figura ductoris hoc flexu inſtructi. Probe hoc perſpexerant immortalis nominis Lithotomi *Pouteau* ac *Cheſelden.* Prior enim ait a): *Il faut euiter, d'appuyer auec trop de force la ſonde contre la partie de la veſſie, qui doit repondre a l'inciſion. La pratique contraire fatigue la veſſie, ſans contribuer au ſucces de l'operation. La ſaillie, que peut faire la ſonde, pouſſée auec force contre la veſſie, eſt ſi legere, quelle ne peut aucunement diminuer les difficultés, que pourroit trouuer l'operateur a recontrer la canneluré de la ſonde en faiſant les inciſions.* Poſterior b) magnâ curâ miniſtro ſuo inculcauit, ut

a) Pouteau *Oeuures poſthumes*, T. *III.* *p.* 299. Ej. *vermiſchte Schriften*, *p.* 191.

b) Douglas *Adpendix*, *p.* 10 — 11.

ut manubrium catheteris uerſus femur dextrum aegri inclinet, ſurſum trahens conuexam partem adpreſſam ad os pubis proxime ipſius cum ſocio commiſſuram, ad eleuandam et dimouendam, quantum licet, ab inteſtino recto urethram. Iteratoque rogauit, ne inferiora uerſus pelleret, neque ſulcum catheteris, hinc, et partes ad anteriora aut exteriora perinaeum uerſus eminere faceret. Quamquam enim ſic deſignato loco externam incifionem aliquo modo certius actam, ipſum catheteris ſulcum facilius inueniendum fore in facienda inciſione interna adpareat, tamen metum adducendi urethram propius rectum uerſus huiusque tunc uulnerandi periculum facile eſſe longe profecto grauius, quam ut compenſari poſſit adparentibus hisce commodis.

§. 5.

Ad haec uenit, conſpirationem figurae inſtrumenti noſtri cum axi peluis hac inflexione

pror-

prorſus deleri. Facile ratio patet. Inflexio haecce intermedia nil eſt, niſi angulus obtuſus, quo fit, ut pars recta ductoris reclinetur. Verum enim uero, cum inſtrumentum operationis tempore ſic teneri debeat, ut recta pars rectum cum ſynchondroſi faciat angulum, ſane a directione axis peluis roſtrum ductoris abscedit, inferiorem poſteriorem igitur proſtatae ſuperficiem premet, ut nullus fere ſit locus cultro ſcindenti. Quo igitur directio talis ductoris axi peluis adcuratius aliquantum reſpondeat, manubrium ductoris operationis momento tantum reclinari debet, ut eumdem cum ſynchondroſi obtuſum faciat angulum, quem inflexio rectam inter ac curuam partem conſtituit. Probe intellexiſſe uidetur *le Cat* commodum ac neceſſitatem conſpirationis axis peluis ac figurae ductoris inter ſe, ductorem enim ſuum, qui hac gaudet inflexione, horizontaliter fere tenebat, idque etiam a Venerando Praeceptore cel. *Siebold* factum

uidi.

uidi. Pro diuerſa igitur inflexione ductor uel plus uel minus horizontaliter eſt tenendus, ductor *Catianus*, qui maximam habet inflexionem, horizontaliter fere a), minus *Cheſeldenianus*, et omnium minime *Rauianus*, non ea ſolum de cauſa, quod minimam habet inflexionem, ſed et, quod directio roſtri longe alia eſt, ac in ductoribus reliquis.

Magnas uero difficultates hic ductoris ſitus parit in ea operationis methodo, quâ ipſe Chirurgus ductorem tenere ac cultrum in ductoris ſulcum protrudere debet, quod ſaepius expertus ſum, inde et hac de cauſa; et quod di-

a) *cl.* Hartenkeil *de ueſicae urinariae calculo, Wirceb. 785, p. 100.* „*Manubrium catheteris ſulcati horizontaliter fere tenendum eſt.*

directionem roſtri uitiat, reiicienda eſt inflexio.

§. 6.

Relinquenda pauliſper eſt ulterior disquiſitio thematis, optimus enim hic locus eſt deſcriptioni ac comparationi uariorum ductorum inter ſe.

Statim uero, qui paulo adtentius ductores examinauit, uidet, multum, quin prorſus fere, omnes inter ſe conuenire, exceptis *Rauiano*, *Senffiano*, eo, quo celeb. *Deſault* ac *Goubelly* utuntur. In duas igitur claſſes omnes diuidam; ductor *Cheſeldenianus*, *Sharpianus*, *Pouteauianus* ac *Catianus* primam claſſem, reliqui ſecundam conſtituent.

§. 7.

## §. 7.

### *Ductor Cheſeldenianus, Sharpianus, Pouteauianus ac Catianus.*

Omnes a ductore adparatus magni ortum ducunt, multumque cum illo conueniunt, eamdem fere habent figuram, directio roſtri eadem eſt, nec niſi quoad maiorem uel minorem curuaturam a ductore adparatus magni et ab inuicem diſcrepant.

Adparatui magno dicatus ductor inflexionem habet, cuius mentionem feci, rectam inter partem ac curuaturam, curua pars cum recta non per angulum rectum ſed obtuſum coniungitur, hanc directionem roſtrum etiam ſequitur, quo fit, ut inferiora uerſus reſpiciat. Factum id eſt ea de cauſa, ut ſcindendae per adparatum magnum partes propellerentur, cultroque obiicerentur, quod ut ſupra monui, ob partium laxitatem facile fieri potuit.

Cum

Cum hoc ductore quam maxime conuenit ductor *Cheſeldenianus* a), niſi, quod roſtrum huius longius eſt illius roſtro b), a curuatura ſecedit roſtrum recta fere linea, ut ex figuris a *Douglaſſio* ac *Heiſtero* datis uidere eſt, idque ipſis horum uirorum uerbis confirmatur c).

Ductor *Catianus* ſecundas uices tenet, inflexio maior eſt, quam *Cheſeldeniani*, roſtrum breuius, ac curuatura multo inferius ſita

a) Le Dran *Parallele etc. l. c.* „*La ſonde* „ *de Mr.* Cheſelden *eſt a peu pres* „ *celle du grande appareil.*

b) Douglas *Adpendix*, *p.* 4.

c) Heiſter *l. c. p.* 975 *et* 1004. Douglas *l. c. p.* 5. „*Curuatura prope manubrium non eſt magna, et parum tantum retrorſum ab eo ad poſteriora uergit, et mox dat longum roſtrum, linea fere recta exporrectum.*

ſita, quam in ductore adparatus magni ac *Cheſeldeniani*, quo nempe proſtata a curuatura recte tangatur, et ſupra hac ſcindatur a).

Multum inter ſeſe conueniunt ductor *Sharpianus* ac *Pouteauianus*, niſi quod hic figuram literae S ſimiliorem referat *Sharpiano* b). Minorem curuaturam habent *Cheſeldeniano*, et roſtrum inferiora magis inclinatum, et nimis breue roſtrum, quod

a) Le Cat *Recueil de la Taille I. p.* 105. *Tab. IV. Fig. I.* „*La principale courbure, ſur la quelle on doit inciſer, eſt ſituée un peu plus bas, que dans les ſondes uulgaires.*“

b) *Delineatum inuenies ductorem* Pouteauianum *in* Ej. *vermiſchten Schriften*, *Tab. I. Fig. I. et Taille au nureau Tab. II. Fig. IV.* Sharpianum *in* Ej. *Tr. des Oper. de Chir. Tab. IV. Litt. A. B. C.*

quod metum incutit, ne e ueſica labantur, et uana ſic reddatur curatio a).

## §. 8.

### *Ductor Rauianus.*

Singularem attentionem meretur ductor *Rauii*, quem et in ductore ſuo conficiendo et in operatione ipſa inſtituenda ſecutus eſt *Senffius*, Chirurgus olim primarius noſocomii Berolinenſis b).

Nemo, perſuaſus ſum, amplius credet, *Rauium* non proſtatam ſed corpus ueſicae ſolum incidiſſe, ſimplex enim ductor, qui partem ueſicae collum inter ac orificium uretheris ad exteriora propellat, cogitari quidem, ſed

a) Bells *Wundarzneikunſt*, *II. Th. p.* 78.
b) Keſſelring *l. c. p.* 38.

ſed in ueſicam nequit inmitti. Situs partium, ipſaque ductoris *Rauiani* ſtructura abunde iam iam, quae protuli, docent.

Conſtat uero inter omnes, *Rauium* ipſam incidiſſe proſtatam, ideoque eius methodum reuera eam fuiſſe, quam *Cheſeldenus* poſtea coluit, aperteque id elucet ex experimentis celeberrimorum *Morandi*, *le Cat*, *le Dran*, *Cheſeldenii*, *Heiſteri*, *Fouberti* a). Ad haec uenit auctoritas *Albini* patris b), et ipſius filii, *Bernh. Siegfrid Albini* c). Quin ipſe *Iac.* *De-*

a) Morand *Mem. de l'Acad. royal. des ſciences, ann. 731, p. 203.* le Cat *Recueil de la Taille, l. p. 70.* le Dran *Tr. des operat. p. 119.* Heiſter *Chirurg. p. 965.* Foubert *l. c. p. 603.*

b) *Oratio in obitum* Rauii, *p. 29.*

c) *Annotat. academ. L. VI. Cap. XIII, p. 152. et Lib. VIII. Cap. XXI. p. 64.*

*Denyſius*, *Rauii* diſcipulus, et in calculo ſecando imitator ac ſucceſſor, cui ſoli *Rauius* encheireſin ſuam reuelaſſe dicitur, quamque *Denyſius* myſterium eſſe ait, plagas ueſicae lethales eſſe contendit a). Quidquid igitur obponat *Gunzius* b), experimenta, anatomia, auctoritas Virorum celeberrimorum monſtrant, ipſam proſtatam a *Rauio* fuiſſe ſecatam.

§. 9.

His praemiſſis, conſiderandus eſt ductor *Rauii*, quatenus ad rite inſtituendam lithotomiam, adhibita ſecunda *Cheſeldenii* methodo, conferat.



a) *Obſ. chirurg. de calculo renum, ueſicae, urethrae, Leid. 731 Doleo, hunc librum mihi ad manus non eſſe, unde, quae in aliis libris de eo reperi, hic pono.*
b) *l. c. p. 21 — 23.*

Diuerſam ſane ab omnibus fere hucusque cognitis ductoribus habet figuram, quoad roſtrum enim non obtuſo angulo ſecedit a curuatura, ſed angulo recto, lineaque recta, non inferiora uerſus inclinatum, progreditur, dum omnium fere ductorum reliquorum roſtrum ſub angulo obtuſo a curuatura ſecedit. Ipſiſſima *Albini* uerba proferam a): „*Sed* „ *cum uulgares catheteres, quibus, qui ure-* „ *thram in perinaeo incidunt, utuntur leuiter* „ *tantum curuati, iſti ueſicae loco adprimi fa-* „ *cile non poſſint, nouum excogitauit, a uul-* „ *garibus diuerſum, quod ubi, ubi rectus eſſe* „ *deſiit, ad ſulci ſui principium curuaturam* „ *paulo maiorem habeat, deinde, quod ad* „ *iſtius curuaturae extremum roſtrum longius* „ *ſit et rectius.*" Id *Heiſtero* diſplicuit, ſe enim, ait, non perſpicere, quod curuatu-

ram

a) *Index ſupellect. anat.* Rauian. *p. 19.*

ram maiorem habuerit. Sed, quantum ego quidem ſapio, facile eſt perſpectu. Maior enim uel minor curuatura ductoris pendet aut ab illa rectam partem inter ac curuatam inflexione, aut a directione roſtri. Directio autem roſtri ductoris *Rauiani* longe alia eſt, ac reliquorum ductorum, quae inferiora reſpicit, *Rauiani* recta linea porrigitur, quin, re ſcrupuloſius ponderata, paululum ſuperiora uerſus. Id et *Ellerus*, qui uel ducenties *Rauium* calculi ſectionem inſtituentem uidit, obſcura quamuis dictione uſus, teſtatur a).

§. 10.

a) Eller *mediciniſch-chirurg. Anmerkungen. p. 202.* „*Es hatte* Rau *nach* „*Gröſse und Alter des Patienten 4—5* „*unterſchiedne Sorten, ſie waren von* „*denen, deren man ſich beim grand* „*appareil bediente, unterſchieden,* „*daſs ihre Inflexion oder Beugung et-* „*was anders beſchaffen war, indem* *ſie*

§. 10.

Facile iam iam uero eſt perſpectu, quid de hoc ductore *Rauiano* ſit ſentiendum. Omnium hucusque deſcriptorum optimus axi peluis ac ſitui proſtatae reſpondet, non eſt igitur, quod dubitem, quin omnibus hisce *Rauianum* praeferam, et iure, quantum ego quidem ſapio, *Albino* dicere licuit: „*Videtur, quod ipſa earum partium in corpo-„poribus humanis contemplatio, collata cum „iis, quae in operatione agenda erant, haec „ei ſuppeditauerint* a).

§. 11.

„*ſie mehr einen angulum* rectum, *wel-„cher iedoch* obtuſus, *und in die „Runde ausgeſchweift war, formir-„ten. Ductorem* Rauii *delineatum inuenies in* Albini *libr. citat. Tab. I. Fig. I. II. et in* Heiſteri *Chirurgia Tab. XXXVI. Fig. I.*

a) *Index ſupell. anat.* Rauian. *p.* 19.

§. 11.

Non multum ab hoc differt ductor *Senffianus*, maiorem habet curuaturam ductore *Rauiano*, id uero non inde fit, quod emendationem, quam *Rauius* roſtro adiecit, ulterius proſequi ſit conatus, ſed augendo medium rectam inter ac curuam partem flexum. Inde uero non ſequitur *Rauiano* eſſe anteponendum, ſponte id ex iis, quae de inflexu intermedio (V. §. 4. ſ) dixi, fluit. Ad haec uenit, nimis gracilem et argenteum eſſe.

§. 12.

Reſtat adhuc alius ductor a) commemorandus, qui omnibus hucusque deſcriptis palmam eripit, dum ſitum urethrae ac proſtatae omnium optimus tangat. Apex enim ſurſum ten-

a) Acrels *chirurg. Vorfälle*, 2. *B.* *p.* 54. *Tab. IV. Fig. I—III.*

tendit a), et inflexione illa intermedia caret, quae, ut demonſtrare conatus ſum, in omnibus noſtrae operationis ſpeciebus, quibus proſtata ab externis et inferioribus interna et ſuperiora uerſus ſcinditur, non ſolum inutilis, ſed noxia eſt, et absque hac inflexione ſtatim recta ac curuata pars ſeſe tangunt. Nil fere deſiderandum, niſi quod ſulcus iuſto plus ſuperiora uerſus adſcendit, quod nullum praebet commodum.

---

## VI.

## Sola proſtata eſt ſecanda.

§. 1.

Cel. *le Cat* primus fuiſſe uidetur, qui ſolidis rationibus probauit, inciſionem ipſius cor-

a) *Fig. III. α.*

corporis ueſicae non requiri, quo extrahatur calculus, tantum enim ſenſim ſenſimque dilatari poſſe orificium ueſicae, ut calculus, etſi mole grandis, auferri poſſit, magnasque dilatationes lente ac circumſpecte factas (*les grandes dilatations menagées*) minus adferre periculi inciſionibus ueſicae magnis, paruam igitur inciſionem magna cum dilatatione coniunctam longe praeferendam eſſe magnae inciſioni cum exigua dilatatione iunctae. Multus et ſolidus rationes ſuas explanauit in ſuis libris a). Magnam fieri poſſe dilatationem orificii ueſicae, dum modo ſenſim ſenſimque fiat, probant exempla calculorum non minimorum, ſponte, absque ullo auxilio, reſiſtente licet proſtata excretorum; non igitur dubitandum, quin ſecato

a) *Pieçes concernans l'operation de la taille, p. 60 — 100. Parallele de la taille laterale, p.* M. le Cat *auec celle du lithoteme caché, p. 5 — 32.*

cato hoc corpore longe facilius fieri poſſit dilatatio ſat magna. Docent porro exempla calculorum magnae ſat molis e ueſica muliebri absque ulla inciſione extractorum, docet operationis lithotomicae methodus in muliere facta, et a cl. *Biſſet* a) deſcripta, et operatione urethra uirilis urethrae foeminarum ſimilis redditur.

§. 2.

Feliciſſimo ſucceſſu hanc dilatationem inſtitutam fuiſſe, et adhuc dum inſtitui, abunde docent cum euentus felix adparatus, ut aiunt, magni, tum operationes *le Cat* ipſius, diſcipulorumque ſuorum, ut et exercitatiſſimi *Pouteau.* Non uero ſolus *le Cat* dilatationem tanti aeſtimauit, ſed iam ante eum

P.

a) *Verſuche und Bemerkungen in der Arznei- und Wundarzneikunde, p. 255.*

*P. Franco* a), et *Colot* b) eamdem, etſi rationibus non tam egregie ſuffultam, fouere ſententiam. Magnae, praeter *Pouteau* c) ac *le Blanc*, auctoritatis uirum adiungo, cel. *Siebold*, qui ſaepiſſime magna cum ἐμφάσει, me monuit, ne umquam corpus ueſicae inciderem, ſed praecepta *le Cat*, Magiſtri ſui ſequerer, mihique *Catianam* methodum beneuole ſuper cadauere monſtrans nil niſi proſtatam ſecuit, dilatato collo ueſicae magnae molis calculum ſine

multo

a) P. Franco *Tr. des hernies, de la pierre, et de la Cataracte*, p. 134. *„Il faut ſe donner de garde, de couper trop „haut vers la capacité de la ueſſie, „pour la danger eminent“* p. 136. *„Il faut ſe garder, de couper la „ueſſie hors de ſon cou, ou il y a graiſſe „et maſiles.“*

b) *l. c. p.* 307 314.

c) *Oeuures poſthumes*, T. III. p. 305. *ſqq.* *Cf.* Ej. *Taille au niueau, Auignon* 765, p. 10—24.

multo labore extraxit, quo educto ac examinatis partibus neque ueſicae neque Sphincteris uulnus adparuit. Quin mihi narrauit, ſe operationem hanc methodo *Catiana* olim ſuper uiuo inſtituiſſe, non niſi proſtatam ſecuiſſe, calculum mole ſat magnum forcipe prehenſum extrahere tanta ui conatum ſe fuiſſe, ut adſtantes aegrum, non niſi magno robore adhibito firmum ac immobilem ſuper menſa tenere potuerint, nihilo minus aegrum optime conualuiſſe.

§. 3.

Quae cum ita ſeſe habeant, nullo timore perculſus ſit Chirurgus, dum iuſto minorem plagam inflixiſſe ſibi ipſe uidetur, quamuis enim nec tota proſtata ſit diuiſa, nil tamen nocet, gaudet enim, ut cel. *Camperus* a) nos

a) *l. c. Cap. IV. citatur ab eo* Pouteau *Melanges de Chirurgie, p. 213.*

nos docuit, illa eximia uſus proprietate, qua facile finditur, et quidem ea, qua inciſa eſt, directione; quin et magni nominis lithotomus *Bromfield* a) totam proſtatam minime eſſe diuidendam contendit, ſaluam enim proſtatae partem facile poſſe dilatari.

VII.

a) Bromfield *chirurg. Wahrnehmungen*, p. 411. „*Ich glaube, daß, wenn man* „ *nur 2 Drittel der Proſtata, die am* „ *nächſten an dem Iſthmo liegen, zer-* „ *ſchneidet, dieſes ſchon hinreichend* „ *und vortheihafter ſeye, als wenn* „ *man ſie ganz zertheilt, denn aller* „ *Widerſtand, den ein Stein antreffen* „ *kann, rührt nur von dem hier ge-* „ *nannten Theil der Drüſe her, und* „ *der weiter hingelegene Theil des* „ *Blaſenhalſes wird ſich in den meiſten* „ *Fällen ſelbſt, ohne zu zerreiſſen, er-* „ *weitern.*“

## VII.

## Qualitates curuaturae ac roſtri.

### §. 1.

Pauca haec de ductoribus uſitatiſſimis adiicienda putaui, ut, quae ſequentibus pagellis dicentur, melius queant intelligi.

Demonſtrare conatus ſum, ſolam proſtatam eſſe ſecandam, plagam uero corporis ueſicae ipſius culpandam. Minime uero quaeuis ductorum forma, quo rite hoc fiat, apta eſt, plerique, quos deſcripſi ductores non optime hanc abſoluunt paginam, eamdem, quam proſtata directionem ſequitur, negligendo, quod uel ab inflexione rectam ac curuam ductoris partem intermedia, uel ab ipſa roſtri directione efficitur. Ut uero proſtata rite ſecetur, facile adparet, ſuperiora uerſus roſtrum directum eſſe debere, hoc enim modo axin ſequitur, totaque cultri acies agit, carnes baſi proſtatae adcretae rite

rite ſecantur, non facile culter e ductoris ſulco elabitur, quod ductoribus, qui hac directione carent, adhibitis, facillime euenit.

§. 2.

Ex his firmis, ut arbitror, anatomiae ac chirurgiae rationibus facile adparet, quid de conſilio ſtatuendum ſit, quo eadem forma ductores cultri inſtruendi iubentur, qua ſtyli calculum explorantes gaudent.

Calculus ut plurimum in fundo ueſicae, atque ita extra peluis axin latet, neceſſe igitur eſt ſtyli exploratorii congruam ſeruent formam ac directionem, quo tangi poſſit. Stylus leuiter tantum flexus totam fere calculi peripheriam tanget, magis uero inflexus, ut axi ueſicae reſpondeat, paruam tantum calculi partem tangere, uel paruus calculus infra catheterem ſeſe abſcondere, atque ita Chirurgus de mole calculi incertum ſaltem iudicium

ferre

ferre poterit. Minime ita, cum in ſectione calculi ſeruanda ſit axis peluis, directio ductoris noſtri eadem ſit, quae ſtyli exploratorii.

§. 3.

Reſpondendum uero eſt obiectioni Viri celeberrimi *Camperi*, dicentis a) „Kein „ einziger Steinſchneider hat noch bis iezt aus „ der Bewegung ſeiner Hand die Gröſſe des „ Meiſterſchnitts beurtheilen können. Die „ vornehmſte Urſache davon iſt, daſs, wie „ ich ſchon anderwärts b) bemerkt habe, „ und von *Franço* c) ſo vortrefflich aus- „ ge-

a) Ej. *kleine Schriften*, 2. *B.* 2. *St. p.* 175.
b) — *Demonſtr. anat. pathol. Lib. II. Cap. IV.* §. 15. *p.* 14
c) *l. c. p.* 151. „*Pour ce, que bien ſouuent en coppant ſur la canule, le* „ *raſoir ne peut pas copper tant large,* „ *qu'il ſeroit bien, pour ce, que le* „ *col de la ueſſie cede, et fuit deuant* „ *le raſoir.*"

„ gedrückt iſt, der Vorſteher, ein zäher Kör-
„ per durch das Meſſer, ohne zerſchnitten
„ zu werden, längſt dem Catheter aufgeſcho-
„ ben wird. Die andere nicht minder wich-
„ tige iſt, daſs die Schneideſtäbe, fürnehm-
„ lich die nach *Rau's* Modell gemacht ſind,
„ zu krumm gebogen ſtehen, und mit der
„ Spitze in der Blaſe zu ſehr aufwärts ſchieſ-
„ ſen. Der Schneideſtab, deſſen ſich
„ *Franco* bediente, und den *Sharp*
„ nachgeahmt hat, iſt deswegen beſſer, weil
„ die Spitze kürzer, und der Bogen ſanfter
„ iſt, der Vorſteher dadurch mehr auswärts
„ gedrükt, und alſo gemächlicher zerſchnit-
„ ten wird."

§. 4.

Non uero reticendum eſt, quaedam ab me contra hanc ſententiam proferenda eſſe, fortaſſis non omni ueritate carentia.

Ipſe cel. *Camperus* magnopere admonuit Chirurgos, ut ſcindendo axin peluis ſequerentur, ſecus enim multa oriri mala. Porro, quod proſtatam ſuper ductore retro cogi, et ſaepius ueluti adparatu magno, uel paulum e latere urethrae curatum eſſe, dicit, paulum a uero aberrare mihi uidetur. Studio enim conſilioque feci experimenta, uidique, urethram cum proſtata per ligamentum triangulare ſynchondroſi pubis adligatam, quoad maximum ſex lineas ſuper cathetere moueri potuiſſe, non poſſum igitur non, quin iis in caſibus, in quibus cel. *Camperus* e latere urethrae curatum fuiſſe adfirmat, alias cauſas adfuiſſe credam, uel enim ſectio in bulbo urethrae, uel prope eum inchoata fuit, uel minus audacter Chirurgus ſectionem inſtituit, aut denique culter e ſulco eſt elapſus. Certe, reuerendiſſimus mihi praeceptor, b. *Voitus*, ut et ego, qui pluries ſuper cadaueribus operationem inſtitui, num-

numquam tale quid, corpora ſecantes, uidimus; quamuis ualde incuruatis ductoribus uſi eſſemus. Quin id facilius mihi uidetur euenire, dum ductores *Sharpiani*, quos cel. *Camperus* commendat, adhibentur, qui ſuperficiei inferiori poſteriori proſtatae incumbentes cultro locum non dant, ut integrâ acie agere poſſit, atque ita niſu potius quam ductu proſtatam ſcindit.

§. 15.

Meo igitur iudicio firma ſtat ſententia, multum incuruatos eſſe debere ductores ad operationem inſtituendam. Pro iunioribus uero eadem curuatura eſſe debet, quam pro adultis. Quamuis enim proſtata iuniorum altior quam adultorum, et extra axin peluis ſita ſit, maioreque igitur curuatura opus eſſe uideatur, id tamen, quod pro maiore ductoris curuatura immiſſio ſit difficilior uetat; et ſin-

gularis illa encheireſis, quam poſtea tradam, omne, quod reliquum erit, punctum feret.

Tanta igitur ductorum curuatura eſſe nequit, ut axin peluis penitus ſequatur. Sunt, ut ſupra iam iam dixi, qui, quod deficit, inclinatione ductoris horizontem uerſus complere ſtudent. Id facile quidem fieri poteſt, dum Chirurgus ab alio ductorem tenendum ſibi curat. Si uero ille ipſe ſibi operationis tempore ductorem tenet, inclinatio ductoris inductionem cultri in ſulcum difficiliorem reddet, ſulcus enim abſconditur, quare ductor ſitu ſuper axi corporis perpendiculari teneatur neceſſe eſt a).

§. 6.

a) Goubelly *l. c.* „*L'operateur tiendra* „ *de la main gauche le pauillon du ca-* „ *theter mediocrement incliné ſur* „ *l'aive droite du malade, et perpen-* „ *diculaire a l'axe de ſon corps.*

§. 6.

Singularis itaque illa a *Goulardo* a), ni plurimum fallor, primum adhibita uel ſaltim deſcripta encheireſis, ut ſectio ſecundum axin peluis quam adcuratiſſime fieri poſſit, in uſum uocetur. Demiſſo cultro in ſulcum ductoris infra urethrae bulbum, iſthmoque ad proſtatam usque ſecato, ut ea dorſi cultri pars uerſus apicem, quae a poſteriore parte ſub angulo recedit, in ſulco ductoris reponi poſſit, manubrium ductoris, eo ipſo uerſus latus dextrum inclinato ſitu, dum culter protruditur, ſe uerſus inclinabit operator tantum, quantum quidem cultrum protrudit, hoc artificio apex ductoris in ueſicae cauo eleuatur, directio roſtri axi peluis perbelle reſpondebit.

Diffi-

b) *Memoires de Montpelier ann.* 745. Pallucci *neue Anmerkungen über den Steinſchnitt, p.* 64.

Difficillima ſane encheireſis, non niſi longo uſu rite diſcenda, culter enim protrudi ac ductor inclinari uno eodemque temporis momento debent, ductorque ſemper pubis ligamento adpreſſus eſſe. Quo iunior aeger eſt, eo plus, quo adultior, eo minus ductor inclinandus eſt, ratio ex dictis facile patet.

§. 7.

Tantum de curuatura, eiusque directione. Paucula nunc ſunt dicenda de longitudine roſtri. Et iuſto breuius et iuſto longius nocet. Breuius, quod intra proſtatam ſeſe abſcondit, longius, quod minus commode ac facile in ueſica moueri poteſt, quod cel. *Camperus* ſolide monſtrauit. Proſtatae ipſius longitudo optimam nobis quoad roſtri longitudinem monſtrabit uiam. In mediae ſtaturae adulto ſpatium a bulbo ad baſin proſtatae usque eſt uiginti ciciter linearum pariſienſium. Roſtrum igitur duorum ſaltim polli-

cum

cum plus minusue pro uaria aegrotorum ſtatura ac aetate erit. a)

§. 8.

Cel. *Deſault* ductores deſcribit, qui pauciſſimis mutatis requiſita omnia perbelle abſoluent b)

| | | |
|---|---|---|
| Curua ductoris primi pars eſt | 4. poll. | 6. lin. |
| Chorda | 4. — | — — |
| in uerſione gemanica per errorem leguntur | 6. — | — — |
| Sinus | — — | 10. — |

Se-

a) Pouteau *Taille au niueau p. 10. cultri lithotomi ſui deſcriptionem proferens inquit.* „*La largeur de la lame litho-* „ *tome, doit être determinée par l'age* „ *du malade, combiné auec ſa gran-* „ *deur; l'age ſur tout doit préualoir,* „ *parce qu'un adulte de quatre pieds* „ *a la glande proſtate auſſi groſſe, que* „ *celui de cinq et demi, au même age.*"
b) *l. c. p. 17.*

| | | |
|---|---|---|
| Secundi ductoris curua pars | 4. poll. | — — |
| Chorda | 3. — | 6. lin. |
| Sinus | — — | 7. — |
| Tertii ductoris curua pars | 3. — | — — |
| Chorda | 2. — | 11. — |
| Sinus | — — | 6. — |

§. 9.

Quae cl. *Goubelly* a) de ſuo ductore tradit, quamuis non tam adcurata ſint, quam quae cel. *Deſault*, adiicienda putaui. Ait nempe: „*Le bec de mon catheter eſt long de* „*trois pouces, trois lignes, et ce bec fait un* „*angle un peu aigû et arrondi avec la bran-* „*che, — par cette longeur, que n'a pas le* „*bec du catheter ordinaire, il fauoriſe la di-* „*uiſion complette de la proſtate, qui, quoiqu'* „*eſſentielle, ne peut être obtenue dans la* „*plûpart de ces methodes. Par ſon angle* „*aigû*

a) *l. c. p. 53.*

„ *aigû il ſ'applique plus exactement ſous l'arca-*
„ *de des pubis, et eloigne d'auantage l'inſtru-*
„ *ment tranchant du rectum et des vaiſſeaux.*"

§. 10.

Reſtat adhuc, ut quos egô ductores in experimentis meis adhibuerim, optimosque inuenerim, addam.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Curuatura primi cum roſtro eſt | 4 poll. | —— | |
| Chorda | 3 | — | 3 lin. |
| Secundi curuatura cum roſtro | 3 | — | 4 — |
| Chorda | 2 | — | 9 — |
| Tertii curuatura cum roſtro | 3 | — | —— |
| Chorda | 2 | — | 6 — |

Hisce ductoribus operationem ſuper cadaueribus ſaepius inſtitui, nec poenituit illorum uſus, facilis enim et fauſtus fuit ſucceſſus.

§. 11.

Haec ſunt, quae de ductoribus cultri lithotomi ſulcatis dicenda habui. Equidem

mancum ac incomtum hoc meo in libello multum ſentio, ſed uirium tenuitas, inexercitata manus obſtant, quo minus recta ſatis proferre poſſim. Interim, ut tentamen qualecumque aequa accipias fronte; iterum iterumque Te, B. L. oro, ac obſecro.

---

Cor-

# Corrigenda.

Pag. 13. lin. 5. dele punctum poſt uocem *ſtructura.* P. 16. not. b) poſitio uerborum ob metrum haec eſto:

*Hic oculos, alius dentes curabat, et alter*
*Clarus erat ſcalpro, lapides caedebat.*—

P. 21. lin. 8. lege *poſſunt,* non, *poſcunt.* P. 29. l. 5. ab infra l. *inſtrumentum,* n. *inſtrumenttum.* P. 31. not. lin. 5. l. *Tardar.* n. *Tordar.* P. 33. lin. ult. dele punctum poſt *catheteris.* P. 35. lin. ult. l. *καθετηρ,* n. *ταθετηρ.* P. 45. not. lin. 3. l. *der,* n. *de.* P. 50. not. a) lin. 7. l. *maiorem,* n. *maioram.* P. 53 lin. 4. l. *axi,* n. *axi.* P. 54. not. lin. 13. l. *commiſſuram,* n. *commiſſurum.* P. 57. lin. 6. dele punctum poſt *monens.* P. 62. not. lin. 1. l. a) n. b) P. 78. lin. 2. ab infra dele litteram a). Pag. 96. not. b) lin. 3. l. *niueau,* n. *nureau.*

2.

DE

# ACETI CAMPHORATI

USU TAM INTERNO QUAM EXTERNO, IN MORBIS PUTRIDIS SALUBRI.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA.

QUAM

SUB AUSPICIIS

SERENISSIMI PRINCIPIS ET DOMINI,

DOMINI

GUILIELMI IX.

HESSIAE LANDGRAVII REL.

CONSENSU

INCLYTI MEDICORUM ORDINIS

PRO GRADU DOCTORIS.

MEDICINAE CHIRURGIAE AC ARTIS OBSTETRICIAE

publice defendet

GUSTAVUS VICTOR THEOPHORUS JAEGERSCHMID,

Carolsruha - Durlacenſis.

Die Oɛtobr. A. A. C. cIↄ Iↄ CCLXXXXII.

MARBURGI HESSORUM,

TYPIS NOVAE TYPOGRAPH. ACADEM.

# PRAEFATIO.

In tanta rei medicae copia ac latiſſimo campo non anxie quaerendum, quae potiſſimum materia eligatur, ſed tam multa ex parte caligine ſpiſſâ offuſa, ex parte nondum omnibus numeris abſoluta ſeſe offerunt. Cum anxius dubiusve haeſitarem, quamnam

meis humeris parem potiſſimum tractandam ſumerem materiem, avunculus venerandus Exper. ac Ill. *Schweickhard*, qui nuper in noſocomio civico Carolsruhae homines quinque febre putrida graviter tentatos et fere ſemimortuos, adeo ut ne guttulam deglutire potuerint, uſu clyſterum ex aceto cum camphora et lotione externa cum eodem medicamento ex orci faucibus eripuit, mihi iniunxit, ut hanc materiam uberius explanandam adgrederer.

Nil

Nil dicam de definitione aut deſcriptione morbi putridi, non maligni, non nervoſi, nil de conſtitutione aëris in morbis putridis, nil de difficultate morbum putridum determinandi; etenim hoc notum ſupponimus ex libris egregiis Virorum Cell. *Mortoni*, *Huxhami*, *Pringlii*, *Sellii*, *Quarini*, *Burſerii*, *Sarcone* ut alios taceam. Sed dicam potius de aceto potiſſimum vini, puriſſimi et variis acetis medicatis, eorumque uſu in genere et vario adhibendi modo, deinde de camphora, et de

aceto

aceto camphorato eiusque uſu in morbis putridis praeſtantiſſimo.

Lectores aequi ignoſcant, ſi maculis foedatum opuſculum inveniant, eſt tyronis labor non magiſtri. Saltim pro ingenii mei copiolis rem meam egi. Caeterum conatibus meis favete!

§. 1.

## §. 1.

Acetum generaliori ſenſu eſt fluidum, quod per fermentationem chemicam ex vino, cereviſia, aliisque liquoribus vinoſis ac dulcibus corporibus e. g. melle, ſaccharo, manna, decocto frumenti ſeu ex fructibus horraeis etc. obtinetur. Eſt acidum vegetabile maxime oxygenio ſaturatum; omnia enim acida vegetabilia oxygenio impraegnata indolem aceti adquirunt. Acidum acetoſellae, citri, pomorum, tartari, acidi nitri ope in acetum purum mutantur. Cl. *Hahnemann* ex vino ope aëris vitalis (oxygenii) acetum puriſſimum pro-

produxit 1). Eadem vero via aër phlogiſticatus (gazete) et acidum aëreum (gas carbonaceum) nihil ad aceti proventum praeſtiterunt.

Acetum deſtillatione nondum purificatum valde eſt compoſitum. Ex ſentententia Cl. *Lowiz* non decompoſitum continet vini ſpiritum, ac ſecundum Cl. *Weſtrumb* acidum tartari, acetoſellae ac pomorum nec non partes mucilaginoſas.

Acetum purum nondumque deſtillatum, numquam eſt empyreumaticum.

Aceti acidum triplici modo poteſt concentrari,

1) Eva-

1) Crells Annalen 1788. I. p. 141.

1. Evaporando.

2. Congelando.

3. Deſtillando.

1. Evaporando partes quidem aquoſae ac ſpirituoſae reliquis autem admixtis partibus remanentibus, ſeparantur.

2. Congelando usque 4° ♉ ſecundum *Reaumur*, nec ultra, peregrinis admixtionibus ſuperſtitibus, aqua tantum excernitur.

3. Deſtillando optime fit, ut aceti acidum purum obtineatur.

Crudo aceto quae peregrina inſunt acida ac mucilaginoſae partes, facile empyreuva contrahunt; ideo methodus *Lowiziana*, carbones nempe deſtillando crudo aceto adponere, qui

empy-

empyreumati obſtant, praeſtat. Cum autem ſolita deſtillatione acidum non concentretur, ſecundum *Weſtendorf* 2) acidum aqua poteſt liberari. Concentratiſſimum aceti acidum obtinetur ex *Lowiz* 3) praeceptis, ſi deſtillatum acetum frigore intenſo congelaſcere facis.

Uſum medicum, genuinum acetum crudum praeſtat utiliſſimum, quod ſaepius acidi vitrioli, tartaro crudo, ſiliquis caſpici annui *Linn.*, granis paradiſi, baccis Daphne Mezerei adulteratur. Acidi vitrioli praeſentiam, terra ponderoſa in deſtillato aceto ſoluta detegit, acidi tartari praeſentiam ſaturatio aceti cum

2) Diſſ. de optima acetum concentr. ratione conficiendi. Goett. 1772.

3) Crells Annalen 1790. B. I. p. 206. 300.

cum alcali vegetabili fixo depurato, quae leniter evaporata cryſtallos tartari deiicit, acido vitrioli coniuncta fundum petit et acetum limpidum turbat. Verum enim acetum deſtillatum, incaute praeparatum valde debile, quoniam acidum concentratum remanet, ex parte empyreumaticum ingratique ſaporis, cupro ſaepius adulteratum, cuprea veſica deſtillatum, quae non ſtanneum ſeu probo ſtanno obductum alembicum habuit. Alcali volatile aceto mixtum colore coeruleo adparente, cuprum adeſſe indicat. Stanneis alembicis ac canalibus magna plumbi copia mixtis, plumbo poteſt impraegnari, quod optime *Hahnemanni* hepar ſulpuris, plumbum nigricante colore excernens, detegit. Ex *Weſtendorfiana* aut *Lowiziana* methodo uſus ſolitus aceti deſtillati longe pretioſſimus.

§. 2.

§. 21.

Paucis nunc aceti puriſſimi acidi qualitates exponam. Eſt

1. Album, non coloratum grati acidi ſaporis, linguam non mordens.

2. Longe puriſſimo ſtatu concentrato, gravitatis eius ſpecificae ratio ad aquam eadem, quae 1, 530: 1000. In temperie 20° ō ſecundum ſcalam Fahrenheitianam in cryſtallos forma columnarum parvarum abit, quae autem temperie maiori liquefiunt.

3. Exaeſtuatum ac per mercurium actum in ſtatu aëriformi adparet (gas acetoſum) quod aqua deglutitum calore privatum rurſus in fluidum aceti abit.

4. Eſt

4. Eſt volatile totumque deſtillatur ſine reſiduo.

5. Alcalina ſalia, terras abſorbentes ac metalla ſolvit, quorum ope diverſas ſalis ſpecies, diverſae qualitatis quoad ſolubilitatem format.

6. Acetum reſolvitur in acidum aëreum (gas carbonaceum) hydrogenium et oxygenium 4).

§. 3.

Cum oxygenium in aceto princeps efficiens ſit ſubſtantia, qua animalium corporum vita ſuſtentatnr, irritabilitatis eſſe principium exinde concludi poteſt. In putredine, et cum in-

4) Lavoisier Traité Elem. I. p. 159.

inceperit irritabilitatis eſt defectus, irritabilitas excitata autem non ſufficit, putredini compeſcendae, ſed eſſentia requiritur, quae in putredine enaſcentes aëris ſpecies, aditum intercludentes eoque modo putredini faventes, abſorbere poteſt. Plerumque aër mephiticus, hydrogenium, gas carbonaceum ſunt aëris ſpecies in putredine ſeparatae, quas iis coniunctum oxygenium emendat ac veroſimilime decomponitur. Irritabilitate vitam renovat oxygenium, ac materia caloris noxiis aëris ſpeciebus coniungitur, eadem ratione, qua foetus vitam conſervat, quem aër adtingere nequit, atque uteri arteriis receptum ac foetui adductum oxygenium τὸ animans fit 5). Eſt enim oxy-

5) Girtanner Anfangsgründe der antiphlog. Chemie. Berlin 1792. p. 236.

oxygenium eſſentia putredini adverſa, inde acidorum atque corporum acido coniunctorum vis putredini reſiſtens.

§. 4.

Acetum antiquiſſimum medicamentum ac condimentum eſſe hiſtoriarum monimenta probant. Notum enim fuit, antea quam mortalibus innoteſceret vinum ex uva, cereviſia et ex fructibus horraeis, nam ſponte omne vinum demum aceſcit et ultimo acetum putreſcit fitque vappidum. Notum eſt antiquiſſimum iſtud unguentum aegyptiacum quod ex aerugine conſtat in aceto iterum ſoluto. Ebraeis acetum familiare fuit medicamentum ac condimentum. Romanorum *Poſca* eſt aqua cum aceto mixta, cuius uſum iamiam commendat

Vege-

*Vegetius* 6). Apud Graecos diu notum erat oxymel ſimplex ſeu acetum melle mixtum, princeps medicamentum, cuius uſum in febribus inflammatoriae indolis valdopere laudat *Hippocrates* cumque eo illud nuperi omnes inprimis laudarunt medici, vel ut rectius loquar, medicinam veterum reſtituerunt. Nonne et *Senioni* aetate iam oxymel ſcillae, allii, colchici ac medicamenta pereximia modo iuſto tempore adhibita innoteſcebant?

§. 5.

Virtutes aceti et internas et externas ſatis antiquas iam *Dioſcoridis* 7) aetate cognitas in medium nunc proferre licebit.

1. Vire

6) De re militari Romanorum.
7) Lib. V, c. 17.

1. Vires temperantes, in febribus inflammatoriis, haemorrhagiis, narium inprimis. Datur interne cum aqua, externe epifrontalia ex aceto aliisque v. c. nitro contra cephalalgiam aeſtu febrili profectam adhibentur.

2. Reſolventes, in omnigena febrium inflammatoriarum diatheſi. Primum locum habet ob partes ſuas conſtitutivas ſupra iam commemoratas acetum vini puriſſimum. Nam deſtillatione male facta facile empyreuma contrahit, nauſeoſum tunc atque nervis inimicum evadit.

3. Vis refocillans, quae mira eſt, ſive acetum potum ſeu ſimplex ſeu aqua mixtum adhibeas; imo iamiam collutio oris, aut manuum lotio cum aceto, aeſtu defatigatorum mox nervos refocillat viresque reſtaurat; quem quaeſo acetum et purum et varia aceta odorata ſeu

 infu-

infuſa herbarum cum aceto parata, naribus excepta, temporibus adplicata, in lipothymia et ſyncope mira praeſtitiſſe fugit? Cur non et hic laudes acetorum antihyſtericorum ex ruta, caſtoreo, camphora 8) etc. referrem.

4. Vis diapnoica. In febribus ardentibus ex inflammatoriarum claſſe acetum et oxymel ſimplex eximium praeſtant uſum. In noſocomiis cum bellicis tum civicis praeſtat aegrotorum febre caſtrenſi, maligna, putrida decumbentium, lotio cum aceto et aqua 9).

5. Acetum pereximium porro eſt antiſepticum, hinc condimentum carnis. Varia inde enche-

8) Klein ſeleſt. medicam. Diſpenſatoria varia.

9) Il. ac. Cel. Baldinger de milit. morb. exerc. Reg. Pruſſ.

enchemata; Acetum cum ſinapi, cum armoracia, ceraſa aceto condita et aromatibus cinnamomi, caryophillis, cucumere et pipere. Carnis ſeu coctae ſeu aſſatae digeſtionem promovet et putredinem arcet.

6. Clyſmata ex aceto ad alvi obſtructiones pertinaciſſimas tollendas *Herz* 10) maximo cum fructu adhibuit, uti et in apoplexia, febribus putridis et inflammatoriis ſecundo haec clyſmata adhibentur cum fructu 11).

7. Laudatur etiam acetum interne in hydrophobia 12), mania, 13) angina, morbis exan-

10) Briefe an Aerzte I Samml. 1777.

11) Nicolai de virtute et uſu clyſierum ex aceto. Progr. I-IV Jen. 1783.

12) Cranz mat. med. The Britiſh Mercury, Vol. XVII. p. 375.

13) Locher Obſerv. pract. Vienn. 762.

exanthematicis, variolis, purpura, ſcarlatina, morbillis etc.

8. Eſt quoque rubefaciens externum, inde ſinapi, fermento panis mixtum cutique impoſitum mira praeſtat.

9. Vapor aceti aërem corruptum emendat et partibus prolapſis ac relaxatis admiſſus medetur.

§. 6.

Ob has dictas non mediocres aceti virtutes non fieri potuit non, quin varia ex illo pharmacia paraverit medicamina, quorum praecipua enarrabo.

Acetum cum calcibus plumbi e. g. minii vel lithargyrii coctum dat per cryſtalliſationem plumbum acetatum, vulgo ſaccharum ſaturni,

acc-

acetum lithargyrii, remedia *Goulardi*, oxymel aeruginis ſeu unguentum aegyptiacum et vapores plumbum in calcem albidam dictam ceruſſam in laminis vertunt.

Ex aceto vini deſtillato et ſale alcali fixo tartari paratur alcali vegetabile acetatum, vulgo terra foliata tartari, aut methodo Cl. *Cadet* ex ſoda et aceto.

Ex aceto et ſale tartari ſubito mixtis oritur potio reſolvens quam *Potionem Riverii* dixerim.

Solutionem lapidum cancrorum in aceto, ad morbos inflammatorios pellendos nuperrime laudibus extulit ſummis *Cappeler* 14), quae vero ſolutio efficit ſal terreum, cuius vires alia medicamenta profecto ſupplent.

Ace-

14) Abhandl. der Naturforſch. Geſellſch. in Zürch. B. III. p. 399.

Acetum vero ſcillae in variis pectoris morbis, in hydrope non ſatis celebrandum, veteribus iam innotuiſſe teſtantur 15).

Acetum colchici, primo *Goeritz* 16) commendat; docens, huius radicis vim toxicam aceto corrigi; ſed vim ranunculi ſcelerati venenatam augeri hoc aceto *Krapf* 17) contendit.

Ex aceto vini ſaturato et alcali volatili ſeu cornu cervi paratur *Potio Mindereri* vulgo *Eſſig Salmiak* cuius vim antiſepticam laudant

*Pringle*

---

15) Lib. de *Euporiſt.* qui GALENO adſcribuntur Cap. 205. PLINII Hiſt. Nat. L. XXIV. Cap. 2.

16) In miſcell. phyſico-medic. mathemat. 1728.

17) Diſſ. de ranunculo.

*Pringle* 18) et *Kleinius* 19) qui poſterior ſpiritum *Mindereri* ex ſpiritu cornu cervi vel ſpiritu ſalis ammoniaci vinoſi et ſpiritu ſulphuris volatili parari iubet.

Praeſtantiſſimum acetum camphoratum medicamentum ad expellenda exanthemata in febribus, ad revocandas in febribus malignis putridis vires vitae, quam maxime depreſſas, et quales ediderit vires ſub finem huius ſcriptiunculae videbimus.

Deſcripta nunc praeſtantia huius medicamenti, aceti nimirum camphorati parte conſtitutiva, ad alteram me accingo perluſtrandam, eisdem laudibus dignam partem, nempe camphoram.

§. 7.

---

18) Krankheiten einer Armee.

19) Select. medicam. p. 123.

§. 7.

Nimis longum eſſet ſingula de camphora ſcripta academica adlegare. Vide omnino Ill. ac Cel. *Baldinger* conſpectum totius litteraturae academicae mater. med. etc. Marb. 1792. Reliqua ſcripta vid. *Weigel* Chem. T. II.

§. 8.

Veteribus camphoram haud innotuiſſe exinde ſequitur, quod nulla unquam eius mentio facta eſt, id quod *Matthiolus in Dioſcóridem* Cap. 75 teſtimonio ſuo corroborat.

Poſtquam autem in re medica locum invenerat camphora, varii, qui eius mentionem fecerunt, auctores, variam de origine, natura et virtute eius foverunt opinionem.

*Averr-*

*Averrhoe* 20) camphoram ex alvo maris ambrae inſtar originem trahere credidit. *Agricola* 21) camphora noſtra, ait, ſit ex bitumine indico, quod ex nativa camphora effloreſcit coquendo in vaſis ſuper prunis. *Cardianus* bituminis ſpeciem camphoram eſſe putabat, quum ſuccinum, inquit, ſi ardeat, et aqua madida mappa fumus excipiatur, caphuram oleat. Quam ſententiam *Caeſalpinus*, *Fuchſius*, *Baccius* et *Jonſtonius* quoque aſſumſerunt. *Fuchſius* 22) enim illam pro ſpecie ſuccini habuit; *Baccius* pro pingui bitumine. *Jonſtonius* 23) ex quodam bituminis genere fieri autumavit. *Bauhinus* 24) eius mentio-

20) Moebii anat. camph. Ien. 1660.

21) De natura foſſilium L. IV. oper. omn. Baſil. 1657. fol. p. 594.

22) De compoſ. medicam.

23) Traumatoligia.

24) Plinii hiſt. nat. Lib. IX. p. 338.

mentionem fecit ſub nomine caphura, cui vero arbor plane ignota fuit. Optimam eius deſcriptionem cum icone dedit *Kaempfer* 25), qui etiam camphorae parandi modum illuſtravit.

Propius ad eius naturam *Platearius*, qui eam herbae cuiusdam ſuccum pronunciat, acceſſit. Rectius autem ortum camphorae arbori in India orientali copioſe creſcenti adſcribunt *Scaliger*, *Aëtius*, *Martinus*, *Jeſuita*, *Acoſtaeus*, *Ruellius*, *Hugo Linſchottus Andreas Bellunenſis*, *Garcias ab Horto* etc.

Multus autem inter eos propter hanc arborem eſt diſſenſus. *Garcias ab Horto* ait, arborem eſſe iuglandi ſimilem, addunt plerique vaſtam, ac peraltam eſſe arborem latiſſime ſeſe fun-

25) Amoenit. exot. p. 770.

fundentem, et tantae amplitudinis, ut hominum centaria ſub ea poſſit recubare.

Nomina locorum natalium camphorae apud veteres magna ex parte ſunt corrupta. Nam quam *Serapio* Lib. I. ſimpl. Cap. 344 de *Panſor* vocat, eſt de *Pacen* in Sumatra inſula. Quam *Avicenna* Lib. II. Cap. 134 *Alcuz* appellat, de *Sunda* inſula Malaccae vicina eſſe poteſt. Quam vero *Serapio* ex regione *Calca* advehi tradit, eſt corruptum vocabulum, debebatque è *Malacca* dicere, quandoquidem in *Bairos* loco *Malaccae* vicino naſcitur camphora,

Quomodo autem camphora ex hac arbore prodeat, de hoc non omnes, tunc temporis idemque ſentiebant. Quidam, praecipue *Avicenna*, crediderunt eam ceu medullam in arbore colligi et deinde extrahi, hoc vero *Gar-*

*cias*

*cias ab Horto* ſequentibus negat verbis: „*Gummi eſt, quod per rimas exſudat.*" Cuius ſententiam et *Scaliger* eſt ſecutus. *Cardanus* vero credidit eam ab iſtis arboribus terra extrahi iterumque reddi.

Ab illis, usque ad *Neumannum*, temporibus, chemici multum de natura camphorae ac veris eius principiis inter ſe contenderunt, dubitantes, cui rerum generi recte ſit adnumeranda, ideoque illam modo pro reſina, vel gummireſina, modo pro gummi, modo pro ſale volatili, modo pro ſucco inſpiſſato, modo pro oleo coagulato habuerunt.

Camphora vero nulli horum corporum adnumerari poſſe videtur, quia omnibus longe differt, licet ratione nonnullarum dotium cum quibusdam aliis corporibus e. g. reſinis, oleis aethereis et aethere conveniat. Eſt autem, uti

mihi

mihi quidem videtur, materia ſolitaria ſui generis et unica, quae nullam ſibi ſimilem in tota rerum natura agnoſcit. Quae nunc in medium ero prolaturus, camphoram memoratis corporibus adnumerari haud poſſe, evincent. Gummi non eſt, quia nullam cum eo habet communem proprietatem, neque gummi-reſina, quia in aqua plane non per ſe diſſolvitur. Mirari ſubit, multos eam ſalem volatilem oleoſum vocaſſe, cum tamen a principe ſalis charactere, ſolubilitate nimirum in aqua, recedat, et quis unquam ſalem vidit, qui inſtar camphorae ardet flammaque conſumitur? Qui eam reſinis adſcribunt, propius naturae camphorae accedunt, parum enim ab illis differt; camphora libero aëri expoſita avolat in auras, reſinae numquam; reſinae poſt deſtillationem caput mortuum relinquunt, camphora ne minimum

quidem

quidem; reſinae ab aqua calida nullam praeter mitigationem, patiuntur mutationem, (ſi gummi Benzoës exceperis) camphora vero in auras reſolvitur. Qui enim fieri poteſt ut reſinae tanta copia in acido nitri ſolvatur, iterumque tam immutata ex his praecipitetur?

Camphoram valde ab oleis differre, probat eius natura, eſt enim ſolida et ſicca, illa vero ſunt fluida et pinguia. Aëri libero expoſita tota, quanta avolat, olea autem ſpiſſiora et tenuiora fiunt. Porro ſi olea ſine additamento ex retorta deſtillantur, ſemper pars volatior prima tranſit et reſiduum aliquod in retorta habetur, camphora vero, ſemper in par, ne micula quidem relicta in alembicum tranſit; olea cum acido valde calefiunt, ita ut nonnulla in flammas exardeſcant, camphora vero cum illo citra omnem erumpentis

flammae

flammae metum iungatur. Spiritus nitri olea eſſentialia magis condenſat et reſinis ſimilia facit, camphora e contrario tota quanta liquefit.

§. 9.

Omnes vero hucusque recenſitas de camphora opiniones fallaces eſſe analyſi camphorae, quam Cl. *Koſegarten* 26) dedit, corraboratur.

Ad analyſin gignendam plurium corporum diverſa fecit experimenta, quae vero ſingula in medium proferre ab inſtituto meo eſt alienum, ſufficiat vero ea adlegare, quibus profectam eius analyſin produxit. Deſtillabat uncias

26) Diſſ. de analyſi Camphorae. Göttingae 1785.

uncias tres in unciis duodecim acidi nitri dephlogiſticati ad ſiccitatem usque, acidum rubris corporibus cum exiguo oleo tranſcenderat, aliquid tamen ſublimabatur camphorae, octies demum repetitis experimentis camphorae tota analyſis inſecuta eſt, et impetravit elixivatione ex reſiduo cryſtallos parvulos albos argenteo ſplendore conſpicuos, quae parallelipipeda referebant, in ſpiritu vini non ſolubiles, in aqua vero tanta cum difficultate ſolubiles ut una pars cryſtallina ducentas aquae partes requireret, acido ſacchari ſimillimas.

Ex omnibus enim experimentis, quae huc usque inſtituta ſunt, liquet, camphoram eſſe acido eſſentiale oleum inſpiſſatum.

## §. 10.

Plantae, quae camphoram largiri ſolent, ſunt:

1. Laurus camphorifera Iapanenſis. Haec arbor camphoram largitur vulgarem, quae in officinis Europae fere unice venalis, creſcit in Japonia occidentali, maxime autem in provincia *Satzuma* nec non inſulis adiacentibus.

2. Laurus camphorifera Sumatrenſis, quae arbor non ſolum in inſula *Sumatra* ſed et in *Borneo* creſcit, differt autem a praecedente Japonica. Deſcriptionem huius arboris vide apud Herm. Nicol. *Grimmium* 27).

3. Laurus canellifera Ceylonenſis. Radix tantum camphoram praebet.

4. Laurus canellifera Malabarienſis, quae ſpecies camphoram vulgarem odore grato longe ſuperat.

5. Thy-

27) Miſcell. A. N. C. G. Dec. II ann. I. p. 371.

5. Thymus. *Neumannus* 28) ex oleo deſtillato huius plantae ſat copioſe obtinuit, eiusdemque naturam camphoratam ſufficienter probavit.

6. Ex radicibus plantarum calidioris et noſtrae regionis elicitur, ex iis imprimis, quae ſunt flore unilabiato e. g. Zedoaria 29) Galanga 30) Schoenantho 31) Mentha piperitide 32) etc.

§. 11.

Obtinetur camphora ex modo recenſitis arboribus, et quidem Japonenſi. Homines plebeii

28) Miſcell. Soc. Reg. Berol. Cent. II. p. 72.

29) Miſcell. N. C. Dec. 2. Ann. 3. Obſerv. 208.

30) Ibidem Ann. 9. et 10 Obſerv. 196. Nro. 14.

31) Kaempf amoenit. exot. Faſc. V. p. 772.

32) Gaubius Entwürfe von verſchiedenem Innhalt. p. 104.

beii praeſertim in Satzuma camphoram ex ligno et radicibus raſpatis aut minutim duntaxat diſſectis, et ſubinde etiam ex cortice contrito ac foliis humida quadam deſtillatione ac ſublimatione eliciunt. Affundunt nimirum ſubiectis memoratis in veſica cuprea aut ferrea tantam aquae ſimplicis quantitatem, ut eadem nonnihil tegat, deinde amplum capitellum, fictile, intus pileo ſtramineo obductum, imponunt, et receptaculo adaptato, debiteque lutatis commiſſuris, ignem moderatum ſubſternunt, eumque ita paulatim augent, ut aqua ebulliat. Camphora ſtramineo alembici pileo adhaereſcit et quoad aliquam quoque partem cum aqua in receptaculum tranſit. Poſt hanc ſeparationem, cryſeum colorem obtinet, et ex parvulis fruſtulis cryſtallinis conſtat. Camphora Sumatrenſis propter nativum ſuum can-

 dorem

dorem et puritatem nulla indiget raffinatione. Hinc inde ſub forma ſalis coagulati, tenuis cryſtallini foliati, ſive molecularum lenticularium in medulla trunci latet, quapropter et incolae arborem foliis, cortice et ligno externo ſpoliatam; ſolummodo ad medullam findunt et maſſulas nitentes eximunt. Haec ſpecies omnium praeſtantiſſima eſt ac pretioſiſſima. —

§. 12.

Reſtat nunc, ut ſublimationem depuratoriam ſeu raffinationem, qua camphora pura et partibus heterogeneis liberata in officinis habetur, deſcribam.

Hanc ſublimationem depuratoriam, quam Indi ignorant quamque Europaei vulgo *raffinationem* vocant, olim Veneti ſuſcipiebant,

poſtea

poſtea vero optime, ac fere unice apud Belgas Amſtelodami peragebatur, et a *Neumanno* aliisque pro myſterio Belgis ſacro habita eſt, ſed *Marggraf* oſtendit, non adeo eſſe abditum, dum tres vel quatuor partes camphorae, cum una parte calcis mixtae et vitro ſublimatae admodum albam et eximie raffinatam camphoram efficerent.

§. 13.

Camphorae qualitates.

1. Refert camphora colorem album ſplendidum.

2. Odore ac ſapore eſt penetrantiſſimo, calori aërique expoſita, tota quanta avolat.

3. Aqua levior, inde aquae ſupernatat. Specificae gravitatis ratio ad aquam eadem, quae 0,996 : 1000.

4. Vim

4. Vini ſpiritu, oleis ac pinguibus ſolvitur, ex ſpiritu vini eam aqua excernit.

5. Non mere quidem aqua ſolvitur, ſed aquae odorem ſaporemque conciliat. Acido nitri ante ſoluta, ac exinde aqua mediante excreta, in aqua fit ſolubilior, quod ab acido nitri oxygenii aliquid aſſumſit. Mucilago eius diſtributionem in aqua promovet.

6. Vulgari frumenti ſpiritu ſoluta in cryſtallos plumarum ſpeciem induentes abit.

7. Integra clauſis in vaſis ſublimatur.

8. Sale alcali non coagulari ſe patitur, oleo autem prius ſoluta, haec mixtio ſaponem producit.

§. 14.

An vero calefaciens aut refrigenans dicenda ſit camphora, magna ſub medicis adhuc lis eſt.

Arabes

Arabes primum illam pro medicamento refrigerante habuerut, quorum ſententia apud *Moebium* 33) legitur aiunt enim: „linguae ſenſum frigoris imprimere totamque oris regionem refrigerio adficere camphoram.“ Prolixe olim Fr. *Hoffmannus* 34) pariter quoque *Tralles* 35) camphoram refrigerium hominibus adferre contenderunt, ſed revocavit *Tralles* 36) ſententiam ſuam. *Hoffmannus* a drachma ſemi calorem et pulſum non augeri ſed ſenſum frigiditatis circa praecordia percipi, obſervavit. *Duteau* hiſtoriam puellae narrat cui ob vehementem dolorem colicum drachma in-

33) l. c. p. 15,

34) Diſſ. de camphora.

35) Exercit, phyſico-medica virtute camphorae refriger. etc.

36) Hiſt. cholerae. p. 75.

integra camphorae exhibita erat, quo factum ſit, ut dolor quoque deferbuerit, tam inſigne autem frigus per totum aegrae corpus diffuſum ſit, ut pallida, mortuae inſtar decumberet. Frigoris eius cauſam non in refrigerante camphorae virtute, ſed producta a tanta camphorae quantitate ſyncope humorum motum retardante ſtatuendam eſſe, in aprico eſt. *Menghini* 37) variis inſtitutis in variis animalibus experimentis, temulentiam, delirium furioſum, vomitum, magnam anxietatem, convulſionem, diverſa in diverſis ſymptomata mortifera ſecuta fuiſſe obſervavit. *Alexander* 38) a ſcrupulo uno minui, a drachma ſemi augeri pulſum et caput obnubilari, et a ſcrupulis duobus convulſiones oriri, obſervavit.

Ex

37) Comm. Bonon. T. IV. p. 199.
38) Medizinische Verſuche. p. 96.

Ex omnibus modo recenſitis patet, camphoram libentius nervos adgredi, dum maiores doſes ſemper convulſiones, vertigines et fere omnes affectus nervoſos gignerent; porro magnam vim ſopientem poſſidere adparet, ut omnia, quae hac pollent vi, vim quoque habent calefacientem. Bene itaque *Loeſeke* 39) iam monuit, camphoram exaeſtuare, dum obſtacula, quin illico per cutim iterum perſpirare queat, invenit.

§. 15.

Vim camphorae putredini putredinisque exhalationibus compeſcendis aptam eſſe ſatis liquet. Conſtat enim ſuperque illa mortuas conſervari carnes, inſectorum et alia cadavera, ſphacelationem

39) Mat. med. Edit. V. p. 155.

nem partis in vivis arceri aëremque putridum corrigi *Pringle* 40) dum cum variis medicamentis antiſepticis experimenta fecit, dicit, inter omnes ſubſtantias reſinoſas camphoram maxime putredini reſiſtere, et grana duo camphorae potentius putredini reſiſtere granis ſexaginta ſalis communis. *Vogel* 41) camphoram non ſolum irritabilitatem cordis revocare et refocillare ſed et praeſtans eſſe antiſepticum ait. *Loeſeke* 42) perbene dicit, camphora ob ſubtiliſſimas ſuas partes, in quas ope caloris ventriculi ſolvitur, apta eſt, in minutiſſima corporis noſtri vaſa penetrare, humores in illis ſtagnantes,

40) Krankheiten einer Armee. p. 362.

41) Handbuch der pract. Arznei-Wiſſenſch. T. 1. p. 407. Not.

42) l. c.

tes, pro ſtimulo ſuo ardente, ſolvere imo vehementiam ſuccorum putreſcentium, mitigare et propenſionem ad putredinem frangere.

Ex his omnibus, uti videtur, cauſis factum eſt, ut camphora, ac praecipuum alexiterium in morbis malignis peſtilentialibusque a multo iam tempore in uſum trahi coeperit. Quis adhuc dubitabit quin ad antiſeptica referri poſſit medicamenta, nam ſepſis ibi incipit, ubi vis vitae vim ſuam exercere deſinit. Quid autem camphora noſtra praeſtantius vires vitales revocare et refocillare, et inde putredini optime reſiſtere, poteſt? Inde virtus ſua in morbis putridis clara ſit.

§. 16.

Praeſtat camphora noſtra propter vim ſuam antiſepticam in gangraena partium internarum,

ſi

ſi vires vitae reſtaurandae, ſi ſanguinis circuitus per totius corporis vaſa expediendus, humorum ſtaſis praepedienda, vel iam ſtagnantes humores attenuandi, reſolvendi ſunt, doſi gr. 5—15. Eadem ratione ad externas partes non minus adhibetur, ut, ſi ſeiunctio mortui a vivo maturanda, natura annitente facilius ſuccedat, ob vires detritas et ſenium impoſſibilis, partis ſanae, quo minus latius ſerpere queat, integritas ſervetur, pars gangraenoſa prius ſcarrificata, illinatur camphora et eſſentia myrrhae ana. In ulceribus gangraenoſis oris et faciei cum carie oſſium, item in gangraena palpebrarum, oculi et cutis magno cum fructu illam adhibuit *Collin*. In ſtaſi infammatoria ad praecavendam inflammationem et affectus nervoſos *Pringle* camphoram forma ſoluta praeſtare affirmat, uti ad promovendam diaphoreſin. In febribus ma-

malignis et exanthematicis retroceſſis horumque ſymptomatibus, ubi vires deſunt et ſpasmi eruptionem criticorum exanthematum morantur, nec non ubi iam praeſens exanthema dictis cauſis, vel refrigeratione retroceſſa praeſtat, cum hic omnia, quae verſus exteriora ducunt, indicata ſunt.

In mania et epilepſia Cl. *Locher* multis evehit laudibus ſequentem mixturam:

Rec. Camphor. drachm. ſem.
Sacchar. canar.
Mucil. gummi arabici ana drach. unam.
Probe tritis adde
Aceti calidi Unc. ſem.
Aq. flor. ſamb. Unc. ſex.
Syr. flor. rhoead. Unc. unam.

M.

Si-

Similis formula occurit apud *Mouro*. Convenire illam in ſpecie maniae, ubi genitalia ſpaſtice ſunt retracta, aſſeruit *Auenbrugger*. Efficaciam camphorae in lue venerea incipiente et gonorrhoea laudat *Hoffmann*. *Collin* camphoram prodeſſe in morbis venereis negat. In Gallia medici et chirurgi unguento mercuriali camphoram admiſcebant, adfirmantes, vim ſialalogam a camphora ſuſpendi, non vero antiſyphilliticam. *Zach. Vogel* camphoram ſalivationem praevertere et vim moderari dicit, ſed aliis non contigit eadem obſervare. Vermibus adverſari *Prange* 43), Exper. ac Cel. *Baldinger* 44), *Menghini* 45) demonſtrarunt. Ad cantharis-

43) Diſſ. de camphorae vi anthelmintica.

44) De morb. milit.

45) Inſt. Bonon.

tharidum ſtimulum infringendum cum emplaſtro veſicatorio commiſcetur, et ſimul interne forma emulſionis cum potu demulcente propinatur.

Diſſertationis limites longe lateque egredi deberem, ſi omnes camphorae virtutes adlegare vellem, ſed cum hoc ab inſtituti mei ratione alienum ſit, lectores ad ſcriptores ſupra adlegatos, qui fuſe hanc materiam tractarunt, remitto.

§. 17.

Nocet vero camphora ubi adeſt ſaburra primarum viarum, praeſertim bilioſa, plethoricis, qui habent ſanguinem nimis ſpiſſum, ubi adeſt inflammatio et pulſus durus, et a camphorae uſu abſtinendum eſt, cum humores nimis inſpiſſatos obſervas.

§. 18.

§. 18.

Cl. *Collin* modum, quo camphora agit ita explicuit: eſt

1. Antiſepticum.
2. Gangraenam coërcet.
3. Medetur ulceribus cancroſis, quorum ſedes non in glandulis.
4. Cohibet ſudorem colliquativum ex putredine humorum.
5. Juvat in tympanitide a putredine.
6. Humores inſpiſſat.

Vis antiſeptica camphorae a ſtimulo pendet, propter vim peculiarem alexipharmacam, quae miasma ceu diaphoreticum repellit.

§. 19.

Praeſcribitur camphora forma pulveris cum nitro, ſaccharo, gummi arabico, calcibus mer-

cu-

curialibus, quia vero hic pulvis ob magnam ſuam volatilitatem adſervari nequit, forma fluida g. g. cum aceto ſeu emulſione gummi tragacanthis cum paucis guttulis ſpiritus vini et fruſtulo ſacchari, illi pulveris longe eſt anteponenda.

§. 20.

Aceto et camphora, quam breviſſime potui, deſcriptis, vi antiputrida quanta ſit, horum medicaminum demonſtrata, paucis efficaciam remediorum aceti et camphora coniunctorum nempe aceti camphorati ero explanaturus, quo mediante ſecundum diſpenſatorium Hamburgenſe pauperum editionis ſecundae paratum, iam quinquies morbo admodum putrido, ubi iam frigus extremorum marmoreum, nullaque amplius deglutiendi poteſtas adfuit, in noſocomio *Carols-*

*rubae* nuper exſtructo civico tanto cum effectu externe fomentationum et lavationum totius corporis ope adhibebatur, ut aegri reverà hoc medicamine mortis faucibus eriperentur.

§. 21.

Quanta igitur aceti camphorati ſit vis antiſeptica, facile quisque perſpiciet, cum ex duobus valde efficacibus conſtat remediis, quorum ſingulum iam multum valet, nuptaque igitur tanta pollent vi, quanta quidem maxima.

Pergo ad praeſtantiſſimi huius remedii effectum in febribus putridis. Acetum vi oxygenii, quo animalium corporum vitam conſervat, principium eſt irritabilitatis, maximo inde iure antiſepticum in febribus putridis, quibus plerumque irritabilitas ſuppreſſa eſt, praeſtantiſſimum dici poteſt. Camphora tota et quidem in

ſubſtantia indecompoſita gradu caloris, calori ſanguinis pari avolat, inde calore corporis non decompoſita ſed tantum in partes minutiſſimas diſſipata, volatior redditur, et ob irritamentum, quod producit, apta ſit circulationi nimis tardiori iterum promovendae ac ſtagnantibus ad putredinem propenſis diſſipandis. Oxygenium vero, quo ipſa non ſat impraegnata eſt, ut omnia corpora camphorae inſtar ardentia, deponere haud poteſt, cumque eius decompoſitionis cauſſa in oxygenio ſit poſſita, in corpore decomponi non poteſt, propterea quod ibi oxygenium non offendit. Quod ad effectum adtinet, ab eo aceti differt, efficitque potius volatilitae, qua totum corpus penetrat et in morbo putrido admodum vires vitae lebefactatas tollit, ut cum illo coniunctum acetum, eo efficacius vi oxygenii putredini reſiſtere poſſit. Acetum igitur vi oxygenii putre-

 di-

dinem tollere, camphoram vero propter irritamentum ſtagnantia vaſorum ad putredinem propenſa auferre, circulationem fluidorum promovere, exinde liquet.

§. 22.

Sequitur inde, acetum et camphoram ſic nupta vires vitales revocare, refocillare, eandemque ob cauſſam eſſe antiputrida, licet nonnulli, et quidem non vilipendendi medici hac de virtute dubitaverint et adhuc dubitent, ſed haud amplius dubitari poſſe perſuaſum habeo; modo recordentur, putredinem ibi incipere, ubi vis vitae vim ſuam exercere deſinit, et acetum camphoratum nihil aliud efficere, quam vires vitae labefactatas revocare et hinc cauſam putredinis tollere, qua cauſſa ſublata, tollitur quoque effectus, nempe inde orta putredo.

Non

Non ſuperfluum eſſe credo verba Ill. *Pide-rit* aldegare, qui dicit de aceto camphorato 46). „ Summum eſt antiſepticum, et ideo non ſolum „ coelo nubiloſo, ut praecaveatur viribus epide- „ miae febrium malignarum, tanquam optimum „ prophylacticum omni mane exhibeatur coch- „ lear unum alterumve, ſed etiam in febribus „ putridis ipſis, quando *pulſus nutat* et *virium* „ *imbecillitas* conſpicitur, omnis horae unius „ ſpatio, ad cochlear unum datum, laudabiliſſi- „ mas exſerit vires.

§. 23.

Reſtat adhuc notandum, quod et clysmata tam ex aceto ſolo quam cum camphora nupta quin-

46) Pharm. rat. Edit. 3. Caſſ. 1791. p. 341.

quinque illis aegrotis, quibus ne guttulam quidem medicamenti ingerere licuit adplicata ſint non ſine evidenti virium reditu.

His L. convincentur, dari quoque remedia externa internis ſi non praeferenda, tamen non eſſe poſtponenda.

TANTUM.

* * * *

* * *

# THESES.

I.

Aetiologia ſcabiei WICHMANNI ab omnibus dubiis nondum eſt repurgatiſſima.

II.

Pulſus irritatus cum ardore febrili non ſemper eſt inflammationis indicium.

III.

Diſtinctio laeſionum in abſolute et per accidens lethalium Judici et Medico legali ſufficit.

IV.

Opium luis venereae ſymptomata minuit, morbum ipſum non curat.

V.

Docimaſia pulmonum, qua Veteres uſi ſunt, plane non ex medicina forenſi reiicienda.

VI.

VI.

*Dantur herniae abdominales internae.*

VII.

*Cortex ulmi interior magnum in inveteratis cutis morbis remedium eſt.*

VIII.

*Non dantur vulnera ad menſuram.*

IX.

*Radix hypecacuanhae magnam in haemorrhagiis uteri fert opem.*

X.

*Liquor vini probatorius* HAHNEMANNI *caeteris prreſtat.*

XI.

*Sectio caeſarea, ſectioni ſynchondroſeos oſſium pubis palmam praeripit.*

XII.

*Signa amiſſae virginitatis omnia ſunt fallacia.*

* * * *

* * *

* * * *

* * *

Quid labor aſſiduus poſſit, ſtudiumve ferat quid,
TUO exemplo diſcere quisque poteſt.
Gloria prima TUA eſt didiciſſe fideliter artes
Ingenuas. Parem filium eſſe PATRI
Arte Machaonia, pars hoc erit altera laudis,
Quam TIBI deberi, facile quisque videt.
Gratulor honores, quos ars TIBI medica confert.
Gratulor ingenium non latuiſſe TUUM.
Coniuge cum caſta, cum toto examine, felix
Vive diu dulces Neſtoreosque annos.

* * * *

* * *

*G. V. Th. Jaegerſchmid*,
Medicinae Doctorando,
amico ſuo integerrimo
gratulabundus ponit
*C. F. Elias*,
Med. Stud. Caſſellis-Haſſus.
Opponens.

Scrib. Marburgi
Haſſorum
D. X. Octobr.
cIↃ IↃ CCXCII.

# VIRO
## ORNATISSIMO ATQUE DOCTISSIMO
## AMICO SUO SUAVISSIMO
## S. P. D.

*H. P. F. Albers,*
Hoya - Hannoveranus,
Medicinae Studioſus - Opponens.

* * * *
* * *

Gratiſſimum mihi accidit, quod Tibi amiciſſime cathedram mox aſcenſuro, publice meae laetitiae argumenta declarandi occaſio offeratur iucundiſſima. Sentio enim, ex quo licuit mihi Te familiariter vti, Te non id tam agere, vt meum in Te ſtudium referres, quam ut amore vinceres. Ego vero qui mei commodi ratio-

rationem duxi, id ſemper laboravi, vt nec me amare deſineres, nec me abs TE vinci paterer. Haud enim mediocri adficiebar vel voluptate ex conſuetudine noſtra vel vtilitate ex ſtudiis TUIS, adeo in amorem TUI quaſi ſum abreptus, quod ingenio TE et egregia morum ſuauitate ſummisque dotibus ornatum cognoui. Quod quando vterque noſtrum agere ſolitus eſt, factum inde eſt, vt numquam amicitiae confirmandae occaſionem demiſerimus; atque ego hodie bene perſpexerim, et me abs TE non minimi fieri et TE intelligere, quam mihi carus eſſes. Quam ob cauſſam exultabundus quoque oppenentis prouinciam, humaniter abs TE inuitatus, lubens ſuſcipio, vt TUAE diligentiae

ac

ac in ſtudiis profectuum teſtis ſim. Igitur nec laudare TE volo, nec debeo, etiam ſi vellem.

Vale amiciſſime et eo, quo coepiſti amore, pergas proſequi hominem TUI amantem TIBIque fauſta quaevis adprecantem! —

Scribebam Marburgi-Haſſorum d. X. Octobr. CIↃ IↃ CCLXXXXII.

* * * *

* * *

3.

Dr. H. A. W. Klapp

# Commentatio

ſiſtens

Indagationem

# Naturae Morbi

eiusque

## definitionis,

principiis philoſophiae Kantianae

ſuperſtructam.

---

Marburgi,

Typis novae typogr. academ.

1792.

# PRAEFATIO.

Medicinae hiſtoria multa exhibet exempla, quibus patet, multos jamjam fuiſſe eruditos ac celebres viros, qui omnem navarunt operam, philoſophiae auxilio adyta rei medicae recludere; eamque ab omnibus dubiis et erroribus liberare.

Hinc fieri debebat, cum antiquiorum temporum philoſophia tot ac tantis premeretur hypotheſibus

ac

ac imaginationis illuſionibus; ut etiam medicinae partes ſaepiſſime iniquo ac infirmo niterentur pede.

Quamquam autem antiquiores philoſophi ac medicinae cultores non ſemper vera ac recta ingrediebantur via; tamen ſyſtemata non ita multiplicarunt, ut memoria teneri non potuiſſent. Sed noſtris temporibus, quibus Gymnaſiorum tirones philoſophari conantur, quibus puellae atque mulieres cum philoſophia quaſi concubitum exercentes molas pariunt; quis eſt, qui hypotheſium farraginem et opinionum comprehendere valeret.

Ex-

Experientia tamen docet, quando malum modum excedit, tunc etiam remedium naſci, quod kantianae philoſophiae exemplo illuſtratur.

Nonnullae eruditionis partes ſecundum Kantii principia jamjam reformationi ſubjectae fuerunt, quod autem ad medicinam pertinet, neminem, ni fallor, Kantii ſiſtemate uſum fuiſſe, puto.

Eam itaque ob cauſam mihi haud vitio verti poteſt, ſi gradum perfectionis in indagatione naturae morbi nondum tetigi. Quin etiam neceſſarium, et a providentia bene

con-

conſtitutum eſt, ut primo labore materiem quandam exhaurire nemo valeat, quia alias ſucceſſoribus nil ſupereſſet ad componendas diſſertationes.

Totam pathologiam generaliſſimam Kantii principiis ſuperſtruere mihi propoſueram, cum autem corporis mei conſtitutio ita eſſet, ut ſine damno ſtrenue ac longe cogitare non poſſem; meae voluntati ſufficere etiam non potui. Dabam Marburgi Cattorum. 1792.

*Facilius eſt, rem praeſentem diſcernere, quam verbis exacte definire.*

Gaubius.

DE

# NATURA MORBI EIUSQUE DEFINITIONE.

## INTRODUCTIO.

### §. 1.

Omnes homines mihi ita natura conſtituti videntur, ut ſenſualitatis, ſive quod idem, receptivitatis auxilio, datis objectis affici, commercium cum rebus externis inire valeant *a*). Ex principiis Philoſophiae Kantianae facillime intelligere poſſumus; praeter objecta, receptivitatem ſenſuum etiam, et facultatem noſtri animi cogitandi ſpon-

(ſpontaneitas notionum) et alia quae a Kantio dicuntur, neceſſaria eſſe, ut cognitionem empiricam habere poſſimus *b*).

*a*) *Kant's Critic der reinen Vernunft. p. 19.*
*b*) *ibidem p. 50.*

§. 2.

Iis ergo, qui philoſophari amant, quique Kantii principiis imbuti ſunt, apertum erit: objecta ipſa ſenſibus noſtris admota a nobis cogitari haud poſſe; ſed tantum eorum repreſentationes atque imagines, quae iure meritoque a rebus ipſis, quibus naſcuntur, diſcerni debent.

§. 3.

Priusquam autem fieri poteſt, ut objectorum imagines noſtro repreſententur ingenio; in eo conditiones praeexiſtere debere cogitamus.

Si

Si viam a Kantio deſignatam ab omnibus, ſeu veterum, ſeu recentiorum falſis opinionibus liberati ſequimur, eas experientiae poſſibilis conditiones e natura mentis eruere valemus. Forma ſenſuum externorum ſpatium *a*), et ſenſus interni (tempus *b*) experientiam ipſam praecurrunt, et axiomata conſtituunt. Multa ab multis tribuuntur objectis ipſis, et ad rerum qualitates referuntur, quae tamen ex puro ingenio originem trahunt, et experientiae conditiones ſiſtunt, ideo ſubjectiva ſunt. E. g. forma corporum, eorumque expanſio, cauſalitas, actio, continuitas et alia, quorum omnium deductione Kantius tantam collocavit diligentiam, a priori praeexiſtunt *c*).

*a*) *Kant's Critic der reinen Vernunft*, *p.* 22 — 30.

*b*) *ibid. p.* 33.

*c*) *ibid. p.* 95 — 114.

§. 4.

§. 4.

Quibus omnibus rite perpenſis, facile viam, qua phaenomena cogitare poſſumus, in promptu videmus. Objectis afficimur, imagines intuitu excipiuntur, imaginatione reproducuntur, ac ultimo recognitione cogitantur.

Syntheſis artem apprehenſionis, reproductionis, ac recognitionis neceſſaria eſt, ut repraeſentationes in unum conjungantur, et notiones producant.

*Schmid Wörterbuch etc. 329 — 333.*

§. 5.

Multi atque ii docti viri ab omni fere aevo graviter dolebant; Veſtigia rerum interna perſcrutari ac comprehendi haud poſſe.

Si autem illi ulterius ac diligentius indigationi incubuiſſent, facillime dijudicare va-

luiſſent,

luiſſent, conditiones animi noſtri ita eſſe, ut interna rerum natura ſenſibus noſtris, imaginationi, ac recognitioni, nullum offerre poſſet objectum *a*).

*a*) *Kant's Critic der reinen Vernunft*, *p.* 77 — 78.

§. 6.

Jam ſupra probavi, nil aliud ad noſtrae cognitionis forum poſſe trahi, quam phaenomena. Cum autem omnia ſecundum ſuam naturam phaenomena mutationi, ac viciſſitudini ſubjecta eſſe, neceſſitate coacti cogitamus; etiam aliquid conſtans ac perdurans ſumere atque ſiſtere debemus. Nulla enim viciſſitudo, nulla mutatio cogitari poteſt, niſi aliquid conſtans ac perdurans datum ſit, E. g. Calorem naſci, augeri, mitescere, evaneſcere ſentimus.

Hoc

Hoc Phaenomenon caloris inveſtigantes, aliquid conſtans, ac perdurans tanquam fundamentum effectuum ponere cogimur (ſubſtantialitas *a*).

*a*) *Kant's Critic der reinen Vernunft. p.* 204.

DE

# NATURA CORPORUM IN GENERE.

§. 7.

Omnis res, omne Corpus peculiari praeditum eſt natura (ſeu eſſentia), ac effectus et phaenomena in corporum natura fundata ſunt.

Minime ad meum pertinet ſcopum, omnes hic opiniones ſaepe obſcuras enumerare ac pertractare eorum, qui de rerum natura ſcripſerunt, eamque definire conati fuerunt.

Nobis

Nobis tantum ſufficiat, nos ſub voce naturae intelligere id, per quod res qua talis exiſtat. Natura ideo corporum nullo jure in phaenomenis ac qualitatibus, quae mutantur ac variantur; ſed potius, ſi recte puto, in eo ſiſti debet, quod conſtans ac perdurans eſt.

Expanſio, ſtructura, mictio minime ſunt entia corporibus extra animum per ſe competentia, ſed ex principiis tranſcendentalibus originem trahunt, et ideo conditiones experientiae ſunt.

Niſi forma ſenſuum externorum noſtro animo praeexiſteret, fieri etiam non poſſet, ut notio expanſionis ſtructurae, et mictionis empirica cognitione produceretur.

§. 8.

§. 8.

Ex iis, quae paulo antea poſuimus, facile eſt dijudicare, eos in graviſſimo errore verſari, qui, neſcio quibus falſis principiis corrupti, febris naturam in calorem ponendam eſſe ſibi perſuadent. Calor enim in febri naſci, augeri, miteſcere, et evaneſcere poteſt, et tamen febris perdurat, ingraveſcit, et ſaepiſſime graviſſimum periculum minatur. Libenter igitur conſentio, dum Sellius in ſuis rudimentis pyretot. meth. talibus objectiones facit falſis; ſed omnia, quae deſiderantur, concedere, nefas eſt.

§. 9.

Nonnullis ac diverſis dijudicatis ac recenſitis principiis, tandem ad eam tranſit Sellius concluſionem, qua demonſtrare vult, naturam corporis cuiuscunque in eius ſtructuram ſolidorum, atque mictionem fluidorum eſſe ponendam.

dam. Ex §. 3. et §. 6. autem elucet, ſtructurae ac mictioni hoc titulum haud competere, cum nil ſiſtat perdurantis ac conſtantis, quod tamen naturae cuiuscunque proprium eſt.

Quo autem quam plurimam Sellii refutatur opinio, eſt, quod notiones ſtructurae mictionis etc. ex forma naſcantur ſenſuum externorum.

§. 10.

Nemo, qui metaphiſicis verſatus eſſe mihi videtur, inficias ibit, ſimplicibus etiam corpusculis naturam competere. Quis autem eſt tam praeceps, tam mente captus, qui corpusculis ſimplicibus ſtructuram ac mictionem concedat. Nullius hic enim rationem habere poſſum, quam perdurantis ac conſtantis. Subſtantia autem, eius inſitae vires ac receptivitates aliquid ponunt conſtantis ac perdurantis. Quid itaque melius, quid certius, quam corporis naturam ſim-

ſimplicis in eius ſubſtantiam, vires ac receptivitates ponere.

§. 11.

Omne corpus facultatem poſſidet in aliud agere, ac aliis mutari. Reſpectu prioris natura abſoluta, poſtremi autem natura relativa locum habet.

Facile analogia intelligimus, idem de corpore compoſito valere, quia nil aliud in eo conſtantis ac perdurantis cogitari poteſt, quam ſubſtantia atque particularum ſimplicium vires ac receptivitates.

E. g. ponamus ſal medium ex alcali quodam et acido compoſitum, in quo, omnibus per hypotheſin ſublatis phaenomenis et qualitatibus, nil ſupereſt, quam ſubſtantia particularum ſimplicium, earumque vires ac receptivitates, quibus phaenomena et qualitates naſcuntur.

DE

# DE
# NATURA CORPORIS ANIMATI.

§. 12.

Mirandum eſt, quantis tenebris doctrinam de natura corporis animati hucusque obductam fuiſſe, dum antiquiorum et recentiorum de hac re et hypotheſes recenſentur.

Dogmaticorum et methodicorum ſecta experientiae tritam reliquit viam, finesque tranſiit humani ingenii, et ita factum eſt, ut graviſſimi errores et fictiones irrepſerint.

Paracelſus, Helmontius, et Stahlius, quamquam iis multa in medicinae ſcientiis debentur praeclara ac utilia; tamen, dum de corporis humani natura, indole ac ſimilibus judicare conantur; nimie ſuis fictionibus ac ſomniis quaſi in-

indulgent. Itaque factum eſt, ut pathologia praecipue generaliſſima multis adhuc prematur falſis ac dubiis, quae omnia recludere atque removere nondum valebant multi iidemque docti viri, ut Gaubius, Sellius, Goennerus et alii, qui pathologiam ſibi tractandam ſumebant.

§. 13.

Ex iis, quae jam ſupra dixi per ſe patet §. 9. et §. 10. naturam corporis animati in eo etiam quod perdurans conſtansque ſit, conſiſtere. Subſtantia ideo, ejus vires ac receptivitates particularum ſimplicium naturam conſtituunt. Quid autem ſub voce naturae abſolutae ac relativae corporis animati intelligere debemus, pari modo ex ſupra dictis apparet. (§. 10.)

§. 14.

§. 14.

In natura itaque corporis animati omnes eius qualitates conditionesque fundatae ſunt. Corpus animale tanquam noſtrae cognitionis objectum innumerabilia efficit phaenomena, quae, ſi ſyntheſi reproductionis imaginationis ac recognitionis ingenii §. 4. ſub certas ac diverſas rediguntur claſſes; in noſtra anima notiones vitae, ſanitatis et morbi, producunt.

Empirica autem cognitione diſcimus, quae et qualia phaenomena magis reſpiciunt ad ſanitatem, quaeque ad morbum.

Reſpectu ſanitatis phaenomena appellantur naturalia, morbi autem praeternaturalia.

## DE NATURA MORBI.

§. 15.

Si phaenomena, quae ſucceſſive et continue in ſubſtantia fiunt per ſyntheſin recognitionis ſub univerſam redigantur notionem, rem aliquam in ſtatu eſſe aliquo cogitamus.

Omni jure itaque poſſum dicere, morbum eſſe ſtatum. Cum autem ſemper natura cuiuscunque rei in eo, quod perdurans ac conſtans eſt, conſiſtere debet, et in notione morbi nil aliud conſtantis ac perdurantis cogitare poteſt, quam praeternaturale quoddam, quod empirica cognitione diſcitur, et tamdiu durat, quam diu morbus ponitur; ſequitur, naturam morbi in notione praeternaturalis cujusdam eſſe fundatam.

DE

## DE DEFINITIONE MORBI.

§. 16.

Quid nunc facilius, quid rationi magis conſonum, quam morbum ita definire, ut ſit ſtatus praeternaturalis corporis animati. Talis, ut mihi videtur, definitio omnibus gaudet requiſitis ac conditionibus. Notandum interim eſt, morbum minime eſſe rem per ſe, et extra cogitationem exiſtentem, in morbo enim nulla poteſt cogitari ſubſtantia, aut vires, aut receptivitates, ſed potius eſſe notionem, quae phaenomenorum praeternaturalium empirica cognitione noſtro animo formatur. Sublatis per hypotheſin animi facultatibus et notionibus a priori, nullus exiſtit morbus, quia morbus tantum cogitari poteſt.

Equidem Gaubius rariſſime morbum in ſenſus incidere, et plerumque ratiocinio tantum detegi,

detegi, concedit, ſed etiam longius procedere, et contendere merito poſſumus, morbum ſecundum naturam ſuam nunquam in ſenſus incidere poſſe.

§. 17.

Rei medicae omnes fere cultores ad unum conſentiunt, morbum ex ſuis cauſis naſci, et ſymptomata iterum, qua effectus, morbo produci. Non video certe, quomodo illi, nobis objicientibus; inter cauſam et effectum tertium non dari, nodum explicare valeant. Ii autem, qui ſupra ſtabilitis principiis nituntur, ſine labore intelligere poſſunt, ſymptomata, ſive quod idem, phaenomena praeternaturalia immediate ex ſuis cauſis gigni, et cauſis et ſymptomata nullum inter ſe admittere tertium.

Nil aliud in corpore animato cogitare poſſum, quam phaenomena ab una, et ſubſtantiam,

vires;

vires, ac receptivitates particularum tanquam fundamentum phaenomenorum ab altera parte. Ac ſi diſtincte atque exacte procedere volumus. ne ipſe quidem dici poteſt, morbi cauſas dari, ſed potius; morbi notionem ex empirica cognitione ſymptomatum in noſtro animo naſci.

§. 18.

Nonnullis ac diverſis itaque praemiſſis, nunc audeo, aliquas ac praecipuas morbi definitiones recenſere, ac difficultates, vitiaque, quibus laborant, recludere ac removere. Mea quidem ſententia, Sellii definitio morbi quam maxime accedit veritati *a*), ſed tamen, ea ulterius inveſtigata, non omnibus ſane caret difficultatibus. Quod ſi Sellius ſe expreſſiſſet; concurſum phaenomenorum praeternaturalium morbi in noſtra cognitione notionem producere, ejus defini-

finitionem juſtam eſſe putaverim. Alio etiam loco idem auctor ex ſua definitione concludit, plures in corpore animato adeſſe poſſe morbos quod tamen, ſi morbum definimus eſſe ſtatum praeternaturalem, cogitari haud poteſt; nam ſubſtantia aliqua in unico tantum ſtatu verſari ac cogitari poteſt.

a) *Morbus eſt concurſus phaenomenorum praeternaturalium ac vitiatorum. Rudim. Pyraet. meth. p. 22.*

§. 19.

Sunt quidem nonnulli, qui morbum eſſe ſtatum credunt, ut Goennerus et alii; in eo autem peccant, quod hoc ſtatu morboſo actiones ac qualitates laedi ac vitiari putent. Notio enim ſtatus cuiusdam nil involvit realis ac objectivi, et ideo cogitari haud poteſt, a ſtatu aliquid fieri aut vitiari.

Sel-

Sellius, neſcio qua prava interpretatione ductus notat *a*), Galenum, Valeſium *b*), Freitag *c*) et Gaubium *d*) in ſuis morbi definitionibus rationem ſtatus alicujus habuiſſe, cum tamen hi viri omnes ad unum, morbum per affectionem, affectum, conſtitutionem praeternaturalem definire volunt. Quis autem non ſtatim perſpiet; inter affectionem, affectum conſtitutionem praeternaturalem ab una, et ſtatum praeter naturam magnum intereſſe discrimen ab altera parte.

*a*) *Pyreuth. meth. p. 15. et ib.*

*b*) *Controv. med. et philoſoph. L. IV. Cap. I. Morbus eſt affectus praeter naturam, a quo aperte laeduntur operationes.*

*c*) *Diſſ. de ſanit. et morb. natur. Morbus eſt conſtitutio partium praeternaturalis actiones laedens.*

*d*) *Inſt.*

d) *Inſt. patholog. §. 34. Affectio illa corporis humani viventis, qua ſit, ut actiones homini proprie, non poſſint appoſite ad leges ſanitatis exerceri, morbus dicitur.*

§. 20.

Quamquam a Sellio illorum virorum omnes morbi definitiones refutatae, atque nonnulla earum vitia eruta ſunt, tamen cum adhuc aliqua ſuperſint, quae ſecundum priora principia notanda ac removenda ſunt, eas aliquantulum perſcrutare volo. Primum autem notandum eſt, praeter affectum, affectionem, et conſtitutionem praeternaturalem multa atque alia adhuc praeternaturalia in corpore animato eſſe et cogitari poſſe. Omnes itaque illorum virorum definitiones ſuis definitis latiores ſunt.

Potiſ-

Potiſſima autem ratio, cur illae definitiones plane rejiciendae ſunt, in eo conſtat, quia putetur, cauſas ſymptomatum, ſeu phaenomenorum praeternaturalium in morbo conteneri, quae tamen opinio Kantii principiis e diametro oppoſita eſt. Quid autem ultimo de definitione, quam Grunnerus, meus praeceptor formavit, judicandum ſit *a*), pari modo ex praegriſſis ſumi atque intelligi poteſt.

a) *Semiotic. phiſiolog. patholog.* §. 65. *Aberratio quaevis a ſueta naturae lege, et inde oriunda corporis infirmitas, morbus appellatur.*

CAN-

CANDIDATO ERUDITISSIMO,

S. D.

E. G. BALDINGER.

*Eruditionem Tuam praeclaram ego cognitam habeo atque perſpectam. Eam itaque ob cauſſam ipſe ego rogavi Te, ut in numerum inimicorum me velis recipere, ſcilicet, eorum, qui die diſputationis Sollemnis non ut hoſtes, ſed ſicut amici ſolent, uberrimam diſſerendi copiam ſuper rebus doctis Tibi dabunt. Qua quidem occaſione publice dicam, quanti Te amem, et quanti Te faciam, quem, credas mihi, impenſe amo!*

*Vive diu, et quod vehementer opto, in poſterum etiam abſens, faveas mihi. Scrib. d. 17. Apr. 1792.*

## THESES.

1.

*Terra ponderoſa ſalita e numero emeticorum relegari poteſt.*

2.

*Siſtema antiphlogiſticorum majoribus premitur difficultatibus, quam phlogiſticorum.*

3.

*Omnia acida vegetabilia ex acido aëreo originem trahere, probabile videtur.*

4.

*Docimaſia probari non poteſt, an pulmones jam reſpiraverint, nec ne.*

5.

*Ligatura in vulneribus in regula compreſſioni arteriarum eſt anteponenda.*

6.

6.

*Neque ex anatomia, neque phyſiologia patet, noſtrum animum eſſe materialem.*

7.

*In omni curatione praecipue Cauſſarum materialium rationem habere debemus.*

8.

*Plurimi morbi chronici maximam inter ſe habent cognationem.*

9.

*Nullae dantur febres ſine materia.*

10.

*Gypſum in iis tantum agris locum habere poteſt, ubi terra calcarea non abundat.*

4.

*D. Frid. Guil. Maurer*

# Commentatio

de

# Medicamentis Antepilepticis.

Marburgi,
Typis novae typogr. academ.
1792.

SERENISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

# FRIDERICO

LANDGRAVIO HASSIAE, PRINCIPI HERSFELDIAE RELIQUA,

LOCUM TENENTI GENERALI IN EXERCITIBUS FOEDERATI BELGII ET HASSIAE, PRAEFECTO PRAESIDII TRAJECTINI, TRIBUNO DIVERSARUM COHORTIUM, EQUITI ODRINIS SUEVICI CUI A SERAPHINIS NOMEN, ET HASSIACORUM LEONIS AUREI ET VIRTUTIS MILITARIS.

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

IN SIGNUM DEVOTISSIMI ANIMI REVERENTISSIME OFFERT HANC SUAM DISSERTATIONEM.

AUCTOR.

# PRAEFATIO.

*In malis quotquot occurrunt, atrociſſimis ſummum fere tenet morbus comitialis, ſive ejus naturam reſpicias, ſive afflictorum tormenta, ſeu ſpectantium advertas horrorem et commiſſerationem, ſive medici tandem in medendo ei operam fruſtra multoties navatam. Vehemens eſt ac praeceps impetus, quo quem paulo ante ſanum omnes opinati ſunt et formoſum vigentemque conſpicati, invadit.* Dolenda *ſunt quae ſequuntur; clamor nempe ingens ex imo mittitur pectore, vultus et reliquae corporis*

*ris partes convulſionibus dilacerantur, ſpumat os, quatiuntur caput, manus ac pedes, mittitur lotium, ejicitur ſemen, ponitur alvus, quin ſingula haec ſciat ſentiatque aeger.* Nec *menti parcitur, ut cujus hebetantur haud raro facultates vi morbi, amentiae frequenter et ſtuporis matre. Quis eſt, quem haec, licet raptim collata haud moveant?*

*Permoverunt certe jam inde ab antiquiſſimo tempore eos, quibus mandata fuit hominum ſalus, corporis cura, ita ut nihil intentatum relinquerent, quo etſi morbi penitus extinquendo fomiti impares, ejus ſaltim inciderent vim, mitigarent ferociam; id quod ex ſcriptis ſummi* Hippocratis *et* Galeni *ſatis appuret. Cum vero tantus eſſet morbi furor, tanta atrocia, aeque horrendis et portentoſis opus eſſe cenſebant mediis, quibus propel-*

*pelleretur. Hinc factum ut aetate inprimis media ad inaudita confugerent et inhumana, ſanguinemque humanum hauriri calentem, carnem, oſſa hominum, faeces ferarum edi juberent.*

*Quod autem noſtra aetate his uti nefas ducatur, quod res naturae vere efficacis in medium prolatae ſint, ſummo id debemus* Boerhavio *aliisque paucis. Ridet jam artis medicae peritus omnem illorum apparatum, et qui ſanae mentis eſt aegrotantium vulgus, cum taedio atque horrore abjicit ea.*

*Innotuit aevo recentiori ſpecificorum quae dicuntur, antepilepticorum haud parca copia, plura quorum mirae comperta ſunt efficaciae et utilitatis. Colligere haec ſtatui atque diſponere; ne in reprehenſionem virorum eruditorum*

*rum ob id incurrerem, nihil veritus, quippe cui hactenus nulla fere ſuppetiit copia, experiundo obſervandi quicquam dignum notatu, aut e rite obſervatis nova conjectandi graviaque.*

---

§. I.

## §. 1.

Animus non eſt morbi comitialis hoc loco tradere naturam, cauſas, effectus modumque ſanandi, iſtas qui ſequitur cauſas; qua quidem in re alii verſati ſunt multi 1), ſed recenſere tantum juvat ſpecifica potiora et profiteri, quid ab iis ſperandum ſit.

§. 2.

---

1) Burſerius inſtitut. med. pract. V. III. pars 2. Mediolani 785.

Quarin animadverſiones practicae in div. morb. Vien. 786.

William Cullen *Anfangsgründe der prakt. A. K. t. 3. Leipz.* 789.

Tiſſot *Abh. v. d. Nerven u. ihren Krankh. in ſeinen ſämmtl. Schriften, t. V. Leipz.* 782.

§. 2.

Tres omnium, quae huc pertinent, medicamentorum claſſes fecit Tiſſot vir cel. 2) ad quarum primam retulit, quibus vis ineſt efficax, ad alteram, quae ſunt inania, ad tertiam denique, quae perniciem adducunt.

Non arridet tamen haec diſtributio. Aptius forte diſpeſcuntur 1mo in magis calefacientia, ut *oleum animale Dipp.*, *oleum valerian. deſtit.*, a quibus, ut in omni plethora fugiendis, coërcendi ſunt laborantes ſanguinis vomitu, haemoptyſi, nimio menſium fluxu aut haemeroidibus large fluentibus; 2do in minus calefacientia, qualia ſunt *rad. Valerianae folia Aurantiorum et Moſchus*, cujus facultas calefaciendi, doſi licet ſumma, 20 nempe granor. adhibeatur, tamen reliquis eſt inferior cujusque non obſtat uſus in ſordibus primarum viarum; 3tio

2) l. c. p. 285.

3tio in adſtringentia, quo refertur *viſcus quercinus*, 4to tandem in draſtica ut *cuprum amoniacum.*

§. 3.

Ad inania, quae commemorat Tiſſot referuntur rad. Poeoniae, pulv. de Gutteta, pulv. marchionis, cranium humanum, talus leporis et quae plura ſeculis 16 et 17 literis mandata ſunt 4). Iam-ineunte ſeculo noſtro propulſa ſunt haec aliaque generoſiora in eorum accepta locum, nec niſi penes temera-rios

4) Theſes de epilepſ. praeſ. Iacob. Seidelio reſp. M. D. Herlizio et C. Calendo, Gryphism. 596.
Georg. Torraei epileptica conſideratio, Franc. ad M. 652.
Melch. Schitz manuale ſiv. ſpeculum med. pract, t. I. Argent. 661, p. 276. Paulini's *Dreckapotheke.*

rios artis medicae ignaros ulla adhuc ipſorum eſt dignitas 5).

§. 4.

Tertiae claſſis ſunt auctore Tiſſot e cupro praeparata. Iure autem meliori eo referenda videntur, quae redolent arſenicum et imperitorum ſocordiam, potus nempe ſanguinis recens occiſi hominis aliaque.

§. 5.

De prima tantum eorum claſſe, ſepoſitis aliis, ager hic lubet, praecipue de potioribus, de Valeriana nempe, cupro Amoniaco, Moſcho, vomitoriis, oleo animali Dippelii, ligatura et ulceribus artefactis.

§. 6.

5) Diſſ. de epilepſ. rotatoria auct. Kriegel, Lugd. Bat. 722.

## §. 6.

### VALERIANA SYLVEST. VALER. OFFICINALIS L.

Cf. I. G. Spieſs diſſ. de Valerian. Helmſt. 724.

Dresky diſſ. de val. offic. Erlang. 776.

Eſt hoc medium antiquiſſimum, cujus jam Aretaeus fecit mentionem ſub nomine φου, quodque deſcripſit Dioscorides 6). Olim tanta non erat ejus laus ac fama, quanta nunc obtinet. Fabius Columna 7) Neapoli oriundus primus in Epilpeſia periculum ejus cum bono fecit ſucceſſu. Nihilominus vero illius uſus ſeculo proximo haud admodum frequens

6) l. 1. cap. 10. edit. Matthioli, p. 37.

7) Phytobaſanos Neapoli 592, 4. Mediolani 740, 4.

quens fuit, et ſinguli tantum teſte cel Tiſſot hancce Valerianam in auxilium vocarunt, Dormin. nempe Banaroli 8) Krüger 9) Roſinus Lentilius 10) et quos ſubjunxit qui librum vertit, Krato de Kraftheim et Melchior Sebitz 11) nec non memoratam invenio eam a Cannengieſer 12) et Moebio 13). Initio noſtri ſeculi

8) Iatrologismorum ſeu medic. hiſtor. pentecoſtae quinque 1643, Pentec. I. obſerv. 33 pag. 20.

9) Ephemerides nat. curioſorum Dec. II annus 7.

10) Dec. 3. ibid.

11) Conſpectus med. practici, Part. II. Sect. II. cap. 4. p. 278.

12) De epilepſ. Lugd. Bat. 672.

13) De ep. Praeſ. Gothof. Moebio reſp. B. Chilian.

culi laudavit eam Marchand 14) magisque reddidit cognitam, quam fuit hactenus. Secuti illum Chomel 15) Sylvius-Tournefort, Haller 16) de Haen 17) et alii teſtantur vim ejus ſalubrem.

Efficaciſſimum cenſet hoc medium in morbo comitiali Tiſſot ejusque inſanabilem putat formam, quae adhibito illo fugari nequeat, quin indomita potius pergat. At perperam, ſiquidem medici experientiſſimi ſecus id

14) Hiſt. de l'academie royale de Sciences Année 1706.

15) Abregé de l'hiſtoire de Plantes uſuelles, tom. I. p. 71.

16) Hiſtoria ſtirpium indigenarum Helvetiae, tom. I. p. 92.

17) Ratio medendi part. V. cap. 4. §. 2.

id eſſe compererunt. Alii, in quibus Cullen 18) nullam ejus virtutem hoc in loco laudarunt.

Cum vero, quod omnes noſcunt, ſpecifica dentur nulla, cum, quae maxime comprobata certaque reperiuntur, interdum absque omni fructu propinata ſint; ſtatuere abſonum eſſet, valerianam morbi qualiscunque non poſſe non facere finem. Nec minus vituperandus, ſi quis ullam eſſe ipſius vim in morbo Herculaneo negaret, quem, cum ea uteretur ſpes paſſim fefellit. Effectum enim varium, qui ſecutus eſt ejus uſum, quid impedit aſſerere, profectum eſſe potius a fortuito medii modo variaque indole, quam propria ejus virtute? Quin ſi in omni ejus uſu caviſſent ſemper valerianam ſpuriam aut alienis depravatam; nunquam forte de ejus utilitate adeo addubitaſſent, nec ſibi re-

18) l. c. t. III.

repugnaſſent. Et omnino optandum, ut in morbis, qualis quantusque hic eſſe ſolet, minus copia, quam bona medicaminum natura ſpectaretur. Certe in epilepſia chronica ſumma ejus eſt utilitas, minus autem efficax in ea, cujus cauſa exſtat materies retropulſa.

Duplex occurrit Valerianae ſpecies uſitatae in morbo comitiali, altera officinalis, celtica altera. Ad illam quod attinet, duplicis eſſe ſolet indolis, altera nempe praeſtantior, foliis anguſtis in montibus naſcitur, altera illi longe cedens virtute, latis foliis in paludibus efflorefcit. Celticam Hallerus Vir Cel. ob graviorem odorem praeſtare officinali affirmat. At Carminati 19) experimentis hunc in finem inſtitutis ſuperiorem illa eſſe officinalem, imo nul-

19) *Therapeutiſche Abh. aus d. Lat. Wien* 789, 8. p. 165.

nullum Celticae eſſe commodum evicit. Officinalis autem ſaepe vis debilitatur admiſta valeriana Dioica 20). Radix valer. tempore vernali, caule (id quod praecipit Moench 21) vir eruditiſſ. ſumme mihi colendus) nondum efflorescente effodienda; quae quidem radix ſola in morbo adhibetur comitiali; ejus nempe pulvis, extract. aquoſum, oleum, infuſum vinoſum, ſuccus expreſſus recens, tinct. vol. V. Pharm. Edimb. p. 66. *Pulvis* ſuperat uſu reliquos medii hujuſce modos, ſed ob ingratum ſaporem facile faſtiditur. Ejus exhibetur doſis a ſcr. ad dr. ter vel quater ſingulis diebus. *Extracti aquoſi* atque *vinoſi* vis licet minor ſit pulveris virtute, omni tamen illud carere efficacia, medicis hoc aſſeverantibus minime conce-

20) Geſenius *Heilmittellehre, Stendal* 791, p. 418.

21) Mater. med, 789, p. 268.

cedendum, modo genuina ſit radix 22). Pulverem ſi abhorrent aegri, illo utere, aſcendendo a 5 ad 20 gr. *Oleum*, cujus vis antiſpasmodica primo in Crellii 23) viri cel. libro (*neueſte Entdeckungen*) laudatur, eſt natura admodum calefaciente: datur cum ſaccharo, cui inſtillatum eſt. Iuvenem Thilenius 24) vir cel. ſubito terrore ab epilepſia correptum, juvante hoc oleo ſanitati reddidit. Loeſeke 25) Moench 26) Geſenius 27) commendant *infuſum vinoſum*. Uncia una radicis recentis



22) Moench l. c. p. 270.

23) Crells *neuſte Entdeckungen in der Chemie, 6ter Theil*, p. 123.

24) *Med. u. Chir. Bemerk. Frankf.* 789, p. 131.

25) Mater. med. p. 190,

26) p. 269.

27) p. 420.

12 unc. vini per 24 horas digeritur et tria in die cochlearia majora ſumuntur. Succus recens expreſſus ob malum ſaporem vix videtur adhibendus.

Miſcetur Valeriana cum Camphora, China, Moſcho, Aromate, Foliis Aurantiorum et Saccharo. Ubi, inquit Quarin 28) Epilepſia recurrit certo tempore, Cortex Valerianae admiſceatur. De ipſius uſu plura vide apud Hill 29) Burſerium 30) Vogel 31) Cranz 32) Murray 33) Millars 34).

§. 7.

28) l. c. pag. 25.

29) *Von den Tugenden der Baldrianwurzel, aus dem Engl. Nürnberg 765.*

30) l. c. pag. 84.

31, 32, 33) Matér. Med.

34) Diſſ. de medicam. antepilept. Arg. 787.

## §. 7.

### CUPRUM AMONIACUM.

Cf. Weizenbreyer de Cupro medicato, Erf. 788.

Omnibus aliis e Cupro praeparatis illud praeſtantius, commendatum jam ab Aretaeo 35), fauſte adhibitum Vitriolum cupri a Caſtelli, pictore Romano, vid. Schultz 36). Veterum Ens veneris indolis erat ſimilis. Iam Helmont, Paracelſus, Angelus Sala 37) Boerhaave, Hoffmann, van Swieten 38) Weismann 39) cum optimo ſucceſſu

35) Lib. I. de curat cap. V.

36) Theſ. de mat. med. Hal. 746.

37) C. A. Corthum de epilepſ. Duisb. 764.

38) Comment. §. 1080.

39) nov. act. nat. curioſ. 757. pag. 276.

ceſſu cupri uſi ſunt praeparatis. Aevo recentiori Cuprum Amon. laudatur inprimis a Cullen 40) et Duncan 41). Michaelis 42) et Thilenius 43), viri celeberr. teſtes exſtant egregiae ejus virtutis. Ipſe interſui, cum epileptici duo illius ope a Michaeli viro ſumme mihi venerando, tandem ſanati ſunt. In aliis morbi atrociam hoc medio vidi minutam.

Eſt illud Cuprum natura admodum irritante, quin internecina, ſin doſin nimis auxeris; om-

40) Mater med. *und in Anfangsgründen der prakt. Arzneikunde.*

41) *Krankengeſch. und Bemerkungen, a. d. Engl. Leipz.* 779.

42) *Mediciniſch - praktiſch. Biblioth. Götting.* 785, 1. *B.* 3. *St.*

43) l. c.

omnes inde omnino in ejus uſu adhibenda eſt cautio, quippe cum teſte Piderit 44) viro doctiſſ. nimia ejus doſis mortem aegro conſcivit. Vel praeſtantiſſimum medicamen, cujus inconſulto ac negligenter periculum facit medicus, perniciem poſſe adferre, nemo infitias iverit, idemque in uſu medii hujus temerario accidere, nil mirum; tanta cum ſit virtus ipſius irritans. Quod tamen ne impediat, quominus caute et prudenter admoveatur, egregium enim illud laudarunt artis medicae cultores eximii et celebres. A parvula ab initio doſi ad usque 10 ſive 12 gr. de die auctum, nullum id intuliſſe damnum equidem vidi, quin ad doſin unius ſcr. Thilenius ſenſim aſcendit absque ullo periculo. Ab uſu $\frac{1}{4}$ gr., quod bis vel ter quotidie ſumitur, caute ad dimidium ſcr. quin ad doſin totius ſcr. excedere licet. Solutum aqua,

44) Pharm. ration. Caſſel 791, p. 139.

aqua, nullis praeterquam admiſtis, optime convenit aegris.

Continuus ſit neceſſe ejus uſus, licet poſt menſem abſtineri ab eo jubeat Cullen, donec nempe morbus novo redierit impetu. At libri translator, venenata natura illud haud inſidiaturum contendit, dummodo ſenſim multiplicetur doſis. Huic aſſentiendum equidem puto, cui obtigit eſſe teſti uſus ejus per annum ac dimidium cum bona fruge continuati. In Clinico Marburgenſi Valerianam ſuperavit ſaluberrimo effectu.

Interdum, jejunis praecipue quando praebetur aut doſi ſat magna hauritur, vomitum ciet, cui doſis minuta ſive opium adjunctum finem facere ſolet. At ipſe vomitus tamen ſaepenumero praeſtat, cuproque uſus eſt Aretaeus, ut adeo ſui evomerent aegri; quod et Thilenius prodeſſe nonnunquam expertus eſt.

Prae-

Praeter id quod irritat, et ſpasmis ſedandis aptum; fortioremque hanc ejus virtutem, quam quae eſt opii teſtantur Boerhaave et Hoffmann. Reliqua vide apud Michaelis 45), Bland 46), Duncan, Arneman 47), Werner 48), Cullen, Tiſſot.

§. 8.

MOSCHUS.

Cf. Tromsdorf progr. de Moſcho, Erf. 776.

Werner diſſ. de Moſcho, Goett. 784.

G.

45) l. c.

46) *Samml. für prakt. Aerzte*, II. *B.*

47) *Entwurf einer praktiſch. Arzneimittellehre.* T. I. Goett. 791.

48) Diſſ. pag. 12 et 13.

G. G. Reineck diſſ. ſiſtens momenta quaedam de Moſcho medicato, Ienae 784.
Groſs diſſ. de Moſcho, Tubing. 789.

Convulſionibus diſpellendis ſatis idoneus, in antepilepticis jure optimo adnumeratur, efficax inprimis tum, quando exanthemata retropulſa morbum gignunt; efficacior profecto, ni ſpurius plerumque venderetur; id quod videre eſt ex adducto a Cullen exemplo. Primus ipſum in auxilium accivit Aetius vulgatumque ejus uſum fecerunt Arabes.

Miram ejus in morbo caduco virtutem, Maſſa 49) van Swieten 50) Wal, Touvenel 51) Hoffmann 52) Chiliani 53). Geaf-

49) Gaſſette ſalutaire 1761.
50) Com. t. III. p. 473.
51) *Samml. für prakt. Aerzte*, t. X.
52) T. IV. p. 3—25. 531.
53) l. c.

Geoffroi, Kriegel, Roſenſtein 54) Buchan etc. collaudant. Omnium efficaciſſimum comprobavit eum Michaelis vir. celeb. in Hyſtericis a morbo comitiali profligatis. In morbis Spasmodicis aliis plerique ex Medicis fortem celebrant eum.

Exhibendus eſt doſi 4 — 20 gran. ſin minori; nullus eſt ejus effectus, ſi vero 20 excelſeris grana, nimium calorem parit. Propinatur cum ſaccharo, opio, ſive camphora ſub pulveris forma, aut cum aſſa foetida ſeu Valeriana in pillulas redactus 55). Cumque plures, hyſtericae inprimis faemellae eum ob odorem nimis gravem averſentur, aſſam foetidam admiſcere conducit, qua ex parte reſtinguatur.

§. 9.

---

54) *Kinderkrankheiten.*

55) Moench Mater. Med.

## §. 9.

### OLEUM ANIMALE DIPPELII.

Cf. Dippel vitae animalis morbus et medicina.

Mauchardt reſp. Reinhard diſſ. de oleo animali Dip. Tubing. 745.

Haller reſp. Locher diſſ. de praep. olei animalis, Goett. 747.

Ludolf reſp. Treſſelt de olei anim. Dip. praeparat. et modo agendi, Erf. 748.

Qui primus hoc nobis dedit oleum aliique ſatis inclyti antiſpasmodicam ejus et antepilepticam habuere compertam virtutem, Fridericus nempe Hofmannus 56). Werlhof, Touvenel 57), Cullen, Cartheuſer,

56) Obſerv. phyſico - Chemicarum ſelect. l. I. obſ. 14. p. 53.

57) *Samml. f. prakt. Aerzte*, t. X.

ſer, Bang 58), Iuncker, Kramer, Iuch 59), Korthum 60), Quarin 61) qui nomes illud bene ſuccedentes morbo comitiali admoverunt. Eſt natura admodum calefaciente, nec non vermibus ejiciendis apta utilique hinc infantibus.

Paratur doſis a 5 — 40 gt., ſaccharo quae infunduntur.

§. 10.

VISCUS QUERCINUS, *Eichen Miſtel.*

Cf. I. Colbatch *Abh. v. der Miſtel und ihrer Kraft wider die Epilepſ. a. d. Engl. Altenb.* 748.

Mu-

58) Med. Prax. p. 500.

59) D. ſiſtens facillimam ac certiſſimam methodum curand. Epilepſ. reſp. Hannimann. Erf. 741.

60) De epilepſ. Duisb. 764.

61) Animadverſ. p. 25.

Mukeprang analyſis viſci ejusque uſus in diverſis morbis, Hafniae 753.

Pfündel obſerv. quaedam de ſpasmis tonicis viſco albo perſanatis, Ien. 783.

Summa eſt hujus medii antiquitas, cujus Druidae olim in morbo comitiali periclitati ſunt vires; indeque maxime ejus vulgata eſt fama, quod quercum duxere ſacram. De eo viſco verba jam facit Plinius *62)*, et medicorum plures, ut Boyle 63) Boerhaave 64) de Haen 65) Loeſeke 66) Cartheuſer 67) Iacobi 68) van Swieten, Lebrecht

62) Hiſtor. mundi l. XIV. c. VI.

63) De utilitate natur. philoſ. P. 2. S. 5. C. 5.

64) De morbo nervorum, p. 841.

65) Ratio medend. p. V. C. 4.

66) Mater. med.

67) Fundam. mat. med. t. II. p. 328.

68) Vogels *med. Bibl, B.* 1. p. 263.

brecht enm bonae eſſe frugis in morbo proſtanti contendunt; quibus vero recentiores repugnant Tiſſot, Cullen 69) aliique, nuspiam ſeſe ab eo adjutos eſſe affirmantes. At penitus tamen eum haud eſſe abjiciendum cenſeo, praeeunte Akermann, qui librum vertit Tiſſoti, ſiquidem ſanitas non raro ejus uſum ſecuta eſt. Cumque epilepſiae varia ſit forma cauſaeque variae; non incommode utpote qui adſtringentis muniofungitur, in ea forte adhibetur, cujus cauſa princeps laxae reperiuntur fibrae. Exhibetur ejus doſis ½ Dr. ter quotidie in pulveris forma, v. Geſenium, Colbatch.

§. 11.

FOLIA AURANTIORUM.

Cf. Loos Hiſtor. Epilepſiae foliis aurantiorum ſanatae, Groening. 771.

C.

69) An experiment. hiſt. of mat. med. p. 514.

C. R. Hannes epiſt. ad Büchn. de puero epilept. foliis aurant. rec. ſervato, Veſaliae 766.

In Batavia ut arcanum primo hoc medicamentum emerſit, itemque miſſum ab Weſterhof ad vir. celeb. de Haen, per Wenzelium vero anno 1762 in lucem palam editum. Laudant ejus in morbo comitiali auxilium Weſterhof, Welſe, de Haen, Locher 70) van Swieten, Stoerk, Tiſſot, Quarin, Mellin, Thilenius. Nec dubitabis accenſere id hujus generis efficaciſſimis; quod enim crebo haec folia lapidem haud moverunt, iis per folia Citri corruptis debetur. Facile tamen diſtingui poſſunt genuina ab adulterinis, petiolus enim aurantii, cum colatus ſit, differt a petiolo citri.

Do-

70) Obſerv. pract. circa luem veneream, epilepſ. et maniam cap. 2. p. 56.

Doſis eſt ſcr. ſemis pulveris, cui ſaccharum admiſcetur, ſive decocti ad ½ unc. cujus tamen nullus plane effectus.

## §. 12.

### VOMITORIA.

Vis ingens horum ſedandi ſpasmos, concutiendi apprime omne corpus humanum quis eſt, quem lateat? Ea, recte inquit Stift 71), vir celeb. attollere nervorum ſyſtematis vires, intendere nervos, reddere vigorem ſolidis, accelerare arteriarum pulſus in partibus praecipue irritatis; ſanguinis inde efficere celeriorem circuitum fortioremque et corporis adaugere calorem.

Non

71) *Pract. Heilmittellehre*, 1. *B. Wien* 791, *p.* 11, 76—80, 159.

Non ſolum autem, quatenus ſunt vomitoria magna eorum eſt in morbo comitiali utilitas, ſed ob id etiam, quod taedium pariunt et valde irritant, ſumma laus iisdem in eodem debetur morbo. Nec niſi faſtidium moviſſent, quae olim in auxilium vocata ſunt abſurda, ut ſanguis humanus, excrementa aliaque, ullius fuiſſent commodi. Vomitoria *primo* opem ferunt eo quod ſordes movent. Latet enim interdum morbi cauſa in primis viis, ſeu ni in iis haereat, ſordes tamen, quoties morbus aegros ſubvertit, eo deferuntur aut ibi augentur, indeque morbus alitur ipſe. Has ergo ut auferant, optime comparata ſunt. *Secundo* ſpasmos abigunt. Teſtes hujus eorum in epilepſia virtutis exſtant Wedel 72), Moebius, Faſchius 73),

Ett-

72) Diſſ. de Epil. praeſ. Wedelii auct. I. Roeſerus, Ienae 673.

73) De Epilepſ. praeſ. Faſchio reſp. Fuhrmann, Ien. 679.

Ettmüller 74), Satler 75), Wucherer 76), Angelus Sala, Riverius, Meibomius 77), Burſerius, Vogel, Hirſchel 78), Armſtrog, Tode, Werlhofius 79), Witting, Mellin, Iaegerſchmit, Stoll, de Haen, Swieten etc.

Potiora ex vomitoriis ſunt Ipecacc. et tart. emet.

Continuus eorum uſus imbecillitatem infert, hinc continuo adhibenda non ſunt, ſed roborantia viciſſim in eorum ſuccedant locum.

 Sub

74) D. de Ep. praef. M. Ettmüllero reſp. G. Weinlich, Lipſ. 676.

75) D. de Epil. auct, D. G. Satler, Traject. ad Rhen. 697.

76) D. de Epil. praef. Wucherer reſp. Welſch, Ien. 719.

77) De epil. ſtomachica praef. B. Meibomio reſp. S. Buchholz, Helmſt. 740.

78) *Gedanken die H. A. der F. S. betr. Mietau.*

79) Operib. tom. III. p. 726.

Sub morbi interdum impetu, quando diutius perdurabat ingeſta ſunt, nec ſine ſucceſſu. Item paulo ante impetum ſumta niſi ſanguinis adfuerit abundantia, bono non carebant effectu.

§. 13.

Ne juſto longior ſim, alia linquo haud contemnenda, in iis aſſam foetidam, opium caſtorium, camphoram, mercurium, quorum nota ſatis efficacia, et uberior mentio facta a Tiſſot. Attamen negligi hic nequit medicamen Ragolo 80), ut quod multos adjuviſſe, nonnunquam tamen nullam plane exercuiſſe vim dicitur. Cautus quisque debere mihi videtur fugere medium tanti pretii, cujus ne inhoteſcunt quidem partes propriae. Vitanda in genere puto arcana qualiacunque; quanta enim eſt

80) Baldingers *Magazin in II. Band.* Geſenius l, c.

eſt aliorum utilitas, tantae alia ſunt ſaepius calamitatis.

## §. 14.

### ULCERA ARTEFACTA.

Sunt veſicatoria, ſetacea, fonticuli et uſtio, quorum jam Hippocrates 81) et Galenus 82) ratam habuere utilitatem, quorumque laudatores ſunt Seidelius, Henr. ab Heer 83), Zacuti Luſitanus 84), Fabricius Hildanus 85), Willis 86), I. Stahl 87), Septalius 88), Piſo 89), Serraeo 90), Meadius, Geilfus, et recentiores Cullen, Burſerius, Tiſſot. Irritamine magis operantur, quam derivata per ea materie et ejecta.

Ubi

81) De morb. ſacr. §. 7.
82) l. 3 loc. Effic. c. 7.
83) Obſ. 23. p. 275.
84) De medic. princ. hiſt. l. 1. p. 131.
85) Cent 1. obſ. Chir. 41 et Cent. 4. obſ. 51.
86) Opera cap. 3. de morb. convulſ. p. 28.

Ubi aura ante ſentiebatur epileptica, inprimis magna eorum apparuit efficacia. Cumque non immerito commendata ſint a plurimis; ubicunque fieri poteſt, negligi non debent.

De uſtionibus in capite inſtituendis ediſſeruit Rudolf praeſid. Delio. Favet iis van Swieten. Bis mortiferas vidit eas de Haen. Periculum evitaturus ſummam in uſtione curam et diligentiam adhibeto. Facile forte ea ſuperſedere poſſumus, arceſſitis Veſicatoriis aut Setaceis, ut quorum idem effectus.

§. 15.

LIGATURA.

Hac vehementior ſaepe debilitatur morbi impetus, quin ſubito interdum tollitur omnis. Ga-

87) D. de morb, caduco praeſ. Stahl reſp. I. G. Seyfried. Erford. 730.

88) l. 6. in animadverſ, p. 173.

89) Obſ. med. pract. de morbis ex colluvie ſeroſa obſ. 31. p. 173.

90) Morgagni de ſed. et cauſ. morb. epiſt. 10. §. 8. p. 17.

Galeno jam nota fuit, et priſcis nonnullis uſitata ut Raſes 91).

Vulgo ad eam confugiunt, ubi aura praeceſſit epileptica, nec tum ſine ſubito ſucceſſu. Attamen utilis quoque reperiebatur, quando nullus ante percipiebatur morbi ſenſus in corporis extremitatibus, id quod bene jam novit Friſius.

Plerumque ipſa vidi fractam morbi vehementiam, ſemel tantum ſpasmos interne auctos, dum foris omnia erant tranquilla. Imminui ſenſim aliquamdiu adhibitae efficaciam omnino dolendum. Commendarunt eam aetate recentiori Rhan, Michaelis et Cullen viri clar. 92).

§. 16.

Vix videtur admonendum, ante omnium quae hactenus recenſita ſunt uſum, ſanguinem, ſi abundat eſſe mittendum, ſordes expellendas, et pro loco ac tempore vel roborantia adjungenda vel purgantia.

§. 17.

91) l. 9. ad Almanſor, cap. 11.
92) *Briefweehſel.*

§. 17.

Nullum ex omnibus illis ni juſtum ſuccurrat vitae regimen, conſilio aptum fore, palam eſt, nec olim quidem fugiebat Galenum 93).

Ciborum uſus parcus eſto, vix fluida naturae calefacientis haurienda ſunt. Juvenem vidi ictum morbi furore, quotiescunque ſeſe ab eiusmodi potu non temperaverat, quod convenit a Tiſſoto obſervatis 94).

Nimius coitus ac onania ſaepe morbum pariunt, ſaepius alunt. Animi affectus, ira, laetitia exultans, timor, licet identidem ſalubres, vulgo tamen nocent.

Aura quae rure carpitur, motus corporis modicus, itinera optime conducunt. Raro morbus iuſto tollitur connubio.

His omnibus ſi curate morem geſſerit aeger, ab omni parte medico confiſus ſuo; ſpes affulget ſanitatis recuperandae, quam fallere nihilo ſecius interdum medicos, tanta cum ſit imbecillitas humana nihil mirandum.

93) Pro puero epilept. conſ. in Tom. X. p. 487. edit. Chartieri.

84) van Heers obſ. 24.
Tralles de opio t. 3. p. 32.

5.

# DISSERTATIO
## INAUGURALIS MEDICO CHEMICA
SISTENS
# LAURO CERASI QUALITATES MEDICAS AC VENENATAS
INPRIMIS
# VENENI ESSENTIAM

QUAM
SUB AUSPICIIS
SERENISSIMI ET POTENTISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI
GUILIELMI IX.
HESSIAE LANDGRAVII REL.
ET
EX MEDICORUM ORDINIS INCLYTI DECRETO
PRO GRADU DOCTORIS
MEDICINAE CHIRURGIAE AC ARTIS OBSTETRICIAE
publice defendet
JOANNES SCHAUB,
Allendorfia Heſſus.

Die VIII. ant. Cal. Octobr. A. O. R. CIↃ IↃ CCLXXXXII.

MARBURGI HESSORUM,
TYPIS NOVAE TYPOGRAPH. ACADEM.

VIRIS
ILLUSTRIBUS CELEBERRIMIS,
EXPERIENTISSIMIS AMPLISSIMIS

DOMINO
*GEORGIO GUILIELMO*
*STEIN,*

Med. Dr. ac artis obſtetr. P. P. O. nec non Potent. Heſſiae Landgravio a conſiliis aulicis et Directori Coll. Med. quod Caſſellis et Marburgi floret rel.

DOMINO
*CONRADO MOENCH,*

Med. Dr. ac P. P. O. nec non Potent. Heſſiae Landgravio a Conſiliis Aulicis.

DOMINO
*JOANNI JACOBO HUBER,*

Med. Dr. Sereniſſimo Heſſiae Landgravio Archiatro et a Conſiliis Aulicis.

DOMINO
*JOANNI ERNESTO*
*SCHMIDT,*

Med. Dr. Sereniſſimo Principi Anhalt-Bernburg-Schaumburg, Archiatro et a Conſiliis Aulicis.

PATRI SUO VENERANDO

*JOANNI CHRISTOPHORO*
*S C H A U B,*

Mercatori Allendorfenſi,

HAS STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS

EA, QUA PAR EST REVERENTIA

D. D. D.

AUCTOR.

# PRAEFATIO.

Contra, ac exigeret conſilium, diſſertationem meam inauguralem ſcripſiſſe viderer, ſi tantum experimentis meis indolem venenatam aquae Lauro-ceraſi, quam iam alii, iique in arte noſtra haud vilipendendi viri, ut ex multis unum tantum allegem, Cl. *Fontana* notam fecerunt, comprobare voluiſſem.

Sed quod omnes confitentur, ſeſe ignorare venenatae indolis naturam

ram, ac in quales partes agat potiſſimum venenum, id, adcuratius in eam inquirere me impulit ſtimulavitque, jureque me felicem in detegendis, cum veneni natura, tum agendi modo, praedicare poſſum. Chemia, duce fido, hanc ſubſtantiam hucusque caligine offuſam inquirere, ac indagare conatus ſum, num proſpero ſucceſſu L. aequi judicent!

SECTIO

## SECTIO PRIMA.

### *Deſcriptio.*

Duae arboris lauco-ceraſi ſunt ſpecies, quas ambas, quoad ad botanicen pertinent deſcribam.

*Prunus lauro-ceraſus* LINN. foliis ſemper virentibus dorſo biglandulofis. DU HAMEL eam *Lauroceraſum* nuncupat. *Gallice lauriere ceriſe.* Anglice *the Common Laurel-tree* audit.

Mari nigro haec arbor inculta creſcit, patriam habet *Trapezuntem a)*, ubi altitudinem pedum

20.

a) VATER Diſſert. de Lauro-ceraſi indole venenata. Wittenb. 1737. p. 16.

10. adtingit. Anno 1576 ex Aſia minori Europam pervenit; in Italia integrae ſylvae hujus arboris inveniuntur *b*). Ipſe arbores ſex et octo pedes altas vidi, fere ab infima parte ramoſae ſunt. Folia craſſo viridi petiolo inſedentia 5—6 pollices longa et 2—2½ lata ſunt, ovato-oblonga ſerrata, trita, odorem amygdalarum amararum ſimilem ſpargunt; ſuperficiem ſplendidam et ſubviridem habent, ſubflavis viridibus ſtriis, latus infimum eſt colore pallidiori; ſubtus nervum verſus, *maculae rotundae, minime vero glandulae* LINN. 2-4-6 oppoſitae adſunt. Menſe Martio et Aprili progerminant folia. Flores albi-parvi et campanulae inſtar, faſciculis ſublongis, cum foliis prodeunt. Calyx campanulatus quinque parti-

*b*) KRÜNITZ *Oekonomiſche Technologiſche Enzyklopoedie, Th.* 39. *p.* 154.

partitus, deciduus. Corolla, petala quinque; ſtamina 20 - 30 ſtylum 1 ſtigma 1 drupam carnoſam, ſubrotundam glabram, monoſpermam craſſitie pollicis $\frac{1}{2}$ relinquunt, quae m. Septembr. ſeu ineunte Octobr. matureſcit, et ſubovatum, acuminatum, ſulcatum et fragile oſſiculum continet, cujus nucleus gratum amarum ſaporem habet. Convenit cum ceraſo flore pentapetalo regulari, ac fructu ceraſiformi, ſed fructus raro motus oſſicula longiori et teneriori ore inſtructus eſt *c*) quo teſte *Knautio d*) ab omnibus ſui generis diſtinguitur. Cortex ramorum iuniorum colorem viridem, veterum vero nigrum fuſcum habet et nodoſus eſt.

Species

*c*) Vater l. c. p. 16.

*d*) Method. Plant. Genuin, Claſſ. VI. Sect. 1. p. 226.

Species poſterior eſt: *Lauro-ceraſus luſitanica minor a du Hamel ſic dicta. Prunus-luſitanica*, foliis ovatis ſerratis, floribus ſemper virentibus eglanduloſis Linn. audit. Anglice *Portugal Laureel* vocatur.

Luſitaniam et Penſylvaniam haec arbor patriam veneratur, altitudinem 12-15 pedum adtingit, perramoſa eſt et rami juniores rubri ſunt; Flores M. Junio inſtar uvarum progerminant; baccae quae tempore vernali matureſcunt, nigrae ſunt.

Miſſa autem hac ſpecie ad priorem, nempe Prunum Lauro-ceraſi Linn. de qua ſolum in mea ſcriptiuncula ſermo erit, me converto.

SECTIO

# SECTIO SECUNDA.

## *De abuſu foliorum et detrimento exinde orto.*

Cum folia variis fluidis, quibus infunduntur ſ. coquuntur odorem et ſaporem amararum amygdalarum ſimilem tribuunt, a multo jam tempore foliis potui Theae appellato, lacti etc. admiſcendis abutebantur, quin cibis, ut iucundum et aromaticum odorem et ſaporem conciliarent admixta fuerunt. Aquam ex his foliis deſtillatam in Anglia coquae cibis teſte Ill. *Fontana* admiſcent quin ſpiritus frumenti amantes quadrantem hujus aquae deſtillatae vino aduſto commiſcuiſſe ferunt *e*). Teſte *Vater* *f*) ſpiritus frumenti coctores olim aquam

*e*) Madden Phil. Tranſact. Vol. XXXVII. p. 85.

*f*) l. c.

aquam lauro-ceraſi ſpiritui frumenti communicarunt, quo citius venderetur. Alii hujus baccae cleos ſpiritu impraegnarunt et potum *Rataſia* dictum inde confectum vendiderunt *g*).

Alii denique aquam lauro-ceraſi pro aqua ceraſorum vendiderunt *h*). Quin et noſtris temporibus in Italia, ut *Fontana* teſtatur, oleum nomine eſſentiae amygdalarum amararum venditur, ubi quoque potibus *Liqueurs* gallice dictis, imo nonnullis cibis admiſcetur.

Folia Lauro-ceraſi et aqua ex illis deſtillata ante *Vater* aetatem frequentiſſima erant, id quod inſcitiae tribuendum ignoſcendumque erat, cum virtutes ejus venenatae tunc nondum inno-

*g*) Mortimer Phil. Tranſact. l. c. p. 193.
*h*) Boylies Pract. Eſſ. and. med. ſubjects. p. 33.

innoteſcerunt, donec *Madden i) virtutes* ejus venenatas manifeſtaret.

Noſtra autem *aetate*, licet multa eaque horrenda exempla in promtu ſint, hanc aquam ob noxios effectus eſſe deteſtandam, haud ignoſci poteſt, multos herbarum decocto in lacte, et deliciis et ut falſo ſibi perſuadent, ſyſtematis nervoſi debilitati corroboratione uti. Equidem cum auctoritate medicorum, quorum in arte noſtra gravitas maxima, hanc aquam medicamen adhibentium, lacteque folia venenata indole privari, recte docentium, ſeſe defendere poſſunt.

Quod prius attinet, cum maximis noſtra aetate medicis conſentio, certis in caſibus et juſta

i) Vater l. c.

juſta doſi datam omnino remedium perſalutare eſſe, id quod inferius, de viribus ejus medicatis locuturus, fuſius demonſtrabo.

Quod autem poſterius, exempla evidentiſſima praeſto ſunt, ejus uſum continuatum nocuiſſe *k*). Multos, de vi ſua nociva nondum convictos eſſe, inde fieri credo, quia effectus nocivi non ſtatim ſecuti ſunt. Anne vero noxii cujuscunque uſum ſtatim pravae ſequelae excipiant?

Nec mihi videtur exemplum quadrare, quod *Halle l*) memorat, ſaepius hiſce foliis lacte coctis ſine ullo damno ipſum uſum fuiſſe, a ſpeciali enim ad universale concluſio an valeat? Uſus folio-

*k*) Ingenhousz Exper. ſur les Vegetaux p. 233 Vater. l. c. p. 18.

*l*) *Gifthiſtorie, Berlin* 1787. *p.* 241.

foliorum continuatus an a futuris pravis ſequelis tutetur?

Lubens concedo, naturam venenis adſueſieri et ſucceſſive maximam veneni doſin impune ingurgitari poſſe. Orientales gentes opio ſorbendo adſueti variis praeparationibus fruuntur, et quidem teſte *Garzia* homo 2 - 10 drachmas quotidie ſumere poteſt *m*). Conſuetudinem vero, damnum continuato uſu noſtri veneni ortum, haud avertere, exemplum, quod *Mortimer n*) allegat, demonſtrat. Maritus cum uxore, qui per aliquot annos, ſingulis matutinis temporibus, nonnullas drachmas ſpiritus frumenti, nucleis noſtrae arboris impraegnatas, biberunt, ambo paralyſi, loquela ante

*m*) Mönch Mat. med. 789. p. 287.
*n*) Phil. Tranſact. l. c.

ante perdita, moriebantur. Jure itaque *Krü-nitz* o) quamvis inquit, hauſtus nonnulli ſpiritus frumenti hoc veneno cocti, non illico necant, tamen extra nomen dubitationis aleam poſitum eſt, uſum ejus protractum ſanitati noxium eſſe mortemque adferre. *Fontana*, hujus veneni ait, minimam partem quidem infudi frumenti ſpiritui, — eumque non inſtar aquae ac vini ingurgitari — ſed venenum, pergit — ſemper nocivum, minimaque praebia uſu continuato morbis anſam dant *p*).

Certe nonnulli, cauſis occaſionibusque morbis haud cognitis, mortem ſibi longo continuato hujus medicamenti uſu conſciverunt.

Aqua

o) l. c. p. 164.

p) *Abhandlung über verſch. Giftarten, Berlin* 1787, *p.* 437.

Aqua pluribus hominibus diverſa attulit damna; nec quisquam, mortem ſibi exinde adferri, credidit.

Longo enim abhinc tempore, omni ſecuritate, nec detrimenti ac malorum agminis ratione habita, foliis ac nucleis utebantur; donec tandem *Dublini* in *Hibernia* Ao. 1728, duarum foeminarum morte, quarum altera circa drachmas X et ſcrupulos II. aquae vitae cum aqua foliorum lauro-ceraſi compoſitae, pro medicamento cordiali ſumens, praeterlapſa vix horae quadrante, de torminibus ventris conqueſta, et loquela prius amiſſa, intra horae ſpatium, absque vomitu, purgatione aut convulſione extremum halitum exſpiravit q).

*Plenck*

q) Vater l. c. p. 5.

*Plenck r*), hanc mulierem a gran. X. hujus aquae ingurgitatis vita privatam fuiſſe ſcribit, quae doſis vero, morbo vix excitando, ne dicam, morti maturandae ſuffecit; ſive errori ſive vitio typographico id tribuendum ſit, in medio relinquo.

Alia quaedam mulier, ſuo exemplo hujus aquae innocentiam probatura, duobus cochlearibus hauſtis, brevi poſt tempore animam efflavit. Alia, cochleari uno tantum ſumto, vomitorio deinde in uſum vocato, morti eſt erepta. Vir juvenis incautus pro ptiſana aquam lauro-ceraſi biberat, et non multo poſt, de dolore in regione ventriculi ante conqueſtus, vitam cum morte commutavit.

*Krü-*

r) Toxicologie p. 201.

*Krünitz s*) exemplum narrat, centurionem anglicum, ſpe haereditatis ampliſſimae adeundae deceptum, ope hujus aquae conſanguineum, vita privaſſe. Mixturae, qua conſanguineus utebatur, aquam lauro ceraſi, uti turpe propoſitum exequeretur, admiſcuit, qua ſumta, quadrante horae nondum praeterlapſa, maximis convulſionibus, trismo, ac ore ſpumante extremum obiit diem.

Eadem ratione famoſus *Dr. Price Londinenſis*, hac aqua, cum turpiſſima fraus, qua homines argento emunxit, ex mercurio nempe aurum producere, male ſucceſſiſſet, voluntariam ſibi in Laboratorio conſcivit mortem *t*).



*s*) l. c. p. 165.

*t*) *Gött. Mag. der Wiſſenſch. 3ter Jahrg. St. VI.* 1783. *p.* 886.

*Rutty u)* exemplum proponit, puellam annorum XVIII. optima valetudine uſam, duo cochlearia aquae deſtillatae ſimplicis ſumſiſſe, horae dimidiae ſpatio humi proſtratam, convulſionibus cruciatam et ore ſpumante, paulo poſt exſpiraſſe.

## SECTIO TERTIA.

### *Diverſa Cl. Fontanae ſuper lauro-ceraſi foliis inſtituta experimenta.*

*Dr. Madden* funeſtis his exemplis commotus, veneni hujus effectus comperiri conſtituit, quem in finem *Dublini* anno 1728 experimenta

u) Phil. Transact. for the Year 1739. No. 452. p. 63. Gmelin *Geſchichte der Pflanzengifte, Nürnb.* 1777. p. 283.

menta in brutis inſtituit. *Nicholts v*), *Langriſch w*), *Vater x*), *Du Hamel y*), *Rattrey z*) et nuperrime Ill. *Fontana aa*) eum ſecuti ſunt.

Omnia, omnium allegare experimenta a propoſito meo longe alienum eſſet, inde ſolummodo praecipua et huc pertinentia breviter repetam; qui omnia ſcire cupit, ſupra adlegata ſcripta adeat.

*Fontana*

---

*v*) Phil. Tranſact. l. c.

*w*) Phyſical experiments upon bruds etc. Lond. 1746.

*x*) L. c. ejusdem Progr. de ol. animal. efficacia contr. hydroph. et venen. lauro cerasi 1744.

*y*) Traité des Arbors et Arbuſtes T. 1. p. 347.

*z*) London Chronicle 1781. p. 316.

*aa*) Phil. Tranc. Vol. 70. p. 210. *Abhandl. über das Vieperngift, Kirſchlorbergift u. dgl. Berlin* 1787. *p.* 314.

*Fontana bb*) cuniculo aliquot cochlearia parva aquae cum magna foliorum copia deſtillatae praebuit, qui convulſionibus antea vexatus, vitam finivit. Deſtillabat folia, ſine ullo aquae additamento in balneo arenae, accepit inde fluidum odore ac ſapore grato [vulgo ſpiritus rector dictum] in fundo vaſis recipientis oleum coloratum et ſuaviter olens nactus eſt, ſapore peramaro et acerbo. Fluidum adhuc bis deſtillavit, et ad fluidum ultimae deſtillationis totidem partes ſalis marini addidit.

Tria cochlearia parva fluidi primae deſtillationis cuniculos et mures porcellos mediae magnitudinis, intra quatuor minuta, duas columbas trium minutorum intervallo, ſpasmis

correp-

bb) l. c. p. 314.

correptas vita privarunt. Cochlear unum parvum fluidi ſecundae deſtillationis, mures porcellos illico, columbas et ranas gutt. IV. octo minutis necarunt.

Cochlear dimidium fluidi tertiae deſtillationis columbas paucis poſt momentis necavit; imo phlegma magna doſi adhibitum, columbas interfecit.

Olei 2 gutt. ingeſtae cuniculis ſtatim et columbis gutt. 3. duobus minutis poſt mortem intulerunt. Teſtudo a gutt. 2. ſex horis poſt exſpiravit. Viperis gutt. X. et ſerpentibus gutt. V. mortem intulerunt.

Oleum hoc, nudatis muſculis, oculis ac cerebro variorum animalium inſtillatum letiferum.

Nervos

Nervos tangens, vim muſculos contrahendi iis adimit. Ranam nonnullae gutt. inmediate cordi adplicatae, omni irritabilitate privarunt, et effecerunt ut ſtatim, qua nervi ſeſe contrahendi pollent, vis periret. Oleum arteriae jugulari injectum lethale fuit *cc*).

Olei duas drachmas ſole ſiccavit ad dimidiae partis remanentiam, quae ſubſtantia flava, ſuaveolens, acris, amara, reſinae ſimilis fuit. Gr. 3. huius reſidui gutt. XX. inmixta aquae, columbae ſingurgitata, convulſionibus antea tentatae mortem intulerunt.

Extracti ex foliis confecti gr. 50 non lethifera erant. Eodem modo gutt. XX. olei empyreumatici nil niſi vomitum cierunt. Unciae 3 fo-

*cc*) Fontana l. c.

3 foliorum recentium contuſorum cani ingeſtorum mortem non attulerunt.

Complura poſſem allegare exempla, quibus ſat liquet, hanccine aquam eſſe peſtiferam, ſufficiant autem haec pauca, ut mea, quae ſuper hoc fluido inſtitui pericula, offerendi copia fiat.

## SECTIO QUARTA.

### *Experimenta, quae ipſe ſuper hoc fluido inſtitui.*

Ut rite mea inſtituerem experimenta, tribus, aquae lauro-ceraſi ſpeciebus diverſis, quas brevi nunc recenſebo, uſus ſum.

Primum ex una libra foliorum, quibus libras 2 aquae communis infudi, unam libram deſtillavi ſecundum praecepta Piderit *dd*).

*Ex-*

*dd*) Pharmacia rat. Caſſ. 791.

## *Experimentum I.*

Feli ſeptem hebdomades natae, huius aquae drachmas $1\frac{1}{2}$ dedi, qua doſi paululum ſtupefacta eſt; ſpatio decem minutorum doſin priorem repetii, vix aquam ſumſerat, cum illico procumberet animam aegre duceret, cor ſpaſtice moveretur ac convulſionibus corriperetur, quinque minutis poſt omnia medicamenta irritantia nil effecerunt, et poſt octo minuta animam exſpiravit.

## *Experimentum II.*

Columbae iuniori gtt. XL huius aquae ſorbendas dedi, quae vomitum ciebant, quinque minutis praeterlapſis ei iterum gtt. XXV dedi, quae nil niſi tremorem excitabant, tribus minutis ei tertia vice propinavi gtt. XXV. ſtatim atrociſſimis correpta fuit convulſionibus et duobus poſt minutis animam exhalavit.

*Expe-*

## *Experimentum III.*

Alii columbae gtt. XXX. ſimul ingurgitavi, quae intra tria minuta, convulſionibus ac difficili reſpiratione ſubortis vitam, finivit.

## *Experimentum IV.*

Iterum columbae gtt. 100, ſimul dedi, quae ſtatim proſtratae, vitam ademerunt.

Libram unam cum dimidia foliorum laurocerasi in partes miniutiſſimas concidi, folia retortae absque aqua inieci, ac uncias VIII deſtillavi, coloratum tum pellucidum ac graveolens fluidum, cuius fere gtt. VI rubicantis imum petierant olei, in terram tandem mutati.

Quantam hoc fluidum vim peſtiferam in brutis habuerit, quae nunc ſequuntur experimenta docebunt.

*Expe-*

## *Experimentum V.*

Gtt. XV. columbae datae nil niſi pedum impotentiam, reſpirationis difficultatem ac celeritatem effecerunt. Minutis quinque poſt, doſis prior repetita mortem convulſionibus concomitatam intulit.

## *Experimentum VI.*

Felis iuniora drachma una cum dimidia, poſt V. minuta mortua eſt.

## *Experimentum VII.*

Columbae ope clyſteris gtt. LXX adplicavi, quo facto atrociſſimis convulſionibus correpta, ſpaſtice reſpirans poſt VIII. minuta eſſe deſiit.

## *Experimentum VIII.*

Ranae, cui cervici nudatae adplicaveram, membra debilitabantur. Gtt. XV. ranae interne datae, vitam abſtulerunt. Piſciculi paucis

gtt.

gtt. moriuntur. Gtt. II. olei huius piſcis ori illitae, eum ſtatim necarunt.

## *Experimentum IX.*

Columbae gtt. XL. ſimul per os ingeſſi, quae ſemi minuto collo retroverſo vita exceſſit.

## *Experimentum X.*

Feli iuniori muſculos pectorales nudavi, nec ſanguis fluxit, gtt. LX. huius aquae linteum illitum vulneri impoſui, quo facto, magnum edidit clamorem, nec pedem figere potuit, quadrante horae praeterlapſa ſpaſmis adficiebatur, moleſta cedebat reſpiratio ac convulſionum viciſſitudines ita invicem ſeſe excipiebant, ut ſingulis decem minutis illis vexaretur, rurſusque liberaretur. Horae ſpatio in vulnus ſecunda vice XXX gtt. inieci, quo facto convulſionibus vehementiſſimis exagitata, poſt horas IV collo retrorſo, mortua eſt. Haec experi-

perimenta tantum abeſt quin *cl. Halle ee*) ſententiam oleum hocce nimirum vulneribus adplicatum eſſe innocuum confirment, quin potius infirment; ſat patere ex eo videtur indolem venenatam negari nullo poſſe modo. Cum *Cl. Fontanae* experimentis tum meis convictus, eo fortiorem ac magis lethiferam hanc aquam habere vim, quo magis oleoſis partibus praedita ſit. Ut certiſſimus fierem, ſequentem confeci aquam.

Recentium foliorum tribus libris duas aquae libras infudi, tum deſtillavi uncias VIII, aquam, cuius tanta copia erat, ut oleum adparere nequiret, rectificavi, quo facto demum ponderoſi, flavi ac graveolentis impetravi olei ſcrup. IV.

*Expe-*

ee) l. c. p. 341.

### *Experimeutum XI.*

Huius aquae ab oleo liberatae ac graveolentis 200 gtt. columbae propinavi ſimul, et nil cepit detrimenti, hora dimidia praeterita, eandem doſin repetii ſine damno. Vixit poſtea ſalva ac incolumis.

### *Experimentum XII.*

Alii columbae gtt. 200 ſimul ingurgitatae nil nocuerunt.

### *Experimentum XIII.*

Feli drachmas $2\frac{1}{2}$ eiusdem aquae ingeſſi, quae doſis illam defatigavit, ſed nil praeterea nocuit.

*Ill. Moench ff)* allegat exemplum iuvenem unc. 8. aquae oleo privatae ſine ullo damno deglutiiſſe.

Haec

*ff)* Mat. Med.

Haec experimenta probant, aquam, quo maiorem partem olei contineat, eo quoque fortiorem eſſe, et vice verſa, omnem effectum ab oleo pendere, nimiasque aquae doſes effectu deſtitui, oleoſis partibus privatas.

## SECTIO QUINTA.

### *De veneni effectu.*

Indolem venenatam ac peſtiferam aquae lauro-ceraſi neque ſapore acuto praeditis partibus, neque extracto ineſſe, iam *Fontana* gg) multis abhinc annis confirmavit, id quod experimentum ubi oleum lauro-ceraſi ſole inſpiſſatum (quod doſi gr. 3 necat) ſpiritu vini ſolutum iterumque aqua forma farinacea praecipitatum odore et ſapore acuto privatum, inno-

gg) l. c. p. 334.

innocuum fuiſſe probat. Quanam in re vero virtus venenata foliorum lauro-ceraſi conſiſtat, ignotum plane eſſe Fontana *hh*) his ait verbis:
„Wir wiſſen demnach nach allen dieſen Ver-
„ſuchen, ob ſie gleich aufs äuſſerſte verändert
„und vervielfältigt ſind noch nicht, worinn
„das Gift der Kirſchlorbeerblätter beſteht.
„Wir kennen den Mechaniſmus dieſes Gifts
„noch nicht einmahl auf was für einen Theil
„es würkt, wenn es die Thiere tödtet."

Ad haec, quae Fontana profert reſpondere contigit mihi eſſe tam felici. Quo venenata indoles conſiſtat, ſtatim docebo, quasnam autem in partes agat mortem adferens, ſectione proxima fuſius explanabo.

Prius-

*hh*) l. c. p. 336.

Priusquam ad theſin, quo indoles venenata conſiſtat, propius adcedam, quomodo veneni huius efficacem ſubſtantiam revera adeſſe, edoctus ſim, enarrabo.

1. Animal, diris convulſionibus abuſu aquae lauro-ceraſi vexatum, ſpiritu ſalis ammoniaci naribus adplicato eoque etiam interne dato faucibus mortis ereptum eſt; exinde ſal alcali aquam innoxiam reddere eique virtutem venenatam demere ac venenum acidae indolis eſſe, concludi.

2. Oleum inſpiſſatum minima doſi, tam dirum fuit venenum, partes vero volatiles et extractum non venenatae indolis fuerunt.

3. Omnes Medici aqua lauro-ceraſi ad ſanguinem nigrum emendandum uſi, confirmant, ſanguinem uſu hujus medicamenti brevi colo-

rem

rem ſuum mutare, tenuemque fieri, poſt venae ſectionem ex vena prorumpere, hancce virtutam aquam poſſidere, nulla corporis aeſtuatione ſubſequente.

4. In omnibus animalibus aqua lauro-ceraſi interfectis diſſectisque ſanguinem tenuiſſimum in pulmonibus inſtar coloris cinnabaris inveni. Subſtantia ipſa pulmonum pallido-rubra fuit. Acidum quoddam huic aquae ineſſe divinavi.

5. Propria, quae inſtitui experimenta, quorum pauca allegare liceat, alcali vegetabile venenatam indolem aquae adimere, me docuerunt. Ex his omnibus ad acidum concludere potui.

## *Experimentum XIV.*

Gtt. 30. aquae lauro ceraſi ſine aqua deſtillatae, quae columbam ſtatim vita privarunt, (Experim. V.) cum gr. XV. alcali vegetabilis aërati drachma una aquae ſoluti miſcui, quam mixtionem columbae absque ullo damno ingeſſi.

## *Experimentum XV.*

Feli, cui drachmas duas hujus veneni exhibueram iam convulſionibus inde vexatae, drachmas tres ſalis alcali aërati aqua ſoluti ſtatim dedi, nec mortem experta eſt.

Haecce experimenta ſatis probant, alcali vegetabili aërato, aquae lauro-ceraſi vim ſuam venenatam eripi.

Sequentia adhuc feci pericula.

*Expe-*

## *Experimentnm XVI.*

Hepar ſulphuris in aqua deſtillata ſolvi, huic gtt. XX. aquae lauro-ceraſi fortioris inſtillavi et ſtatim inde odor ovorum putridorum ſimilis ortus eſt.

## *Experimentum XVII.*

Gtt. XX. Syrupi violarum gtt. XVI. aquae deſtillatae dilutae, gtt. X aqua lauro-ceraſi fortioris inſtillatis, in colorem ſubrubicundum mutabantur, gtt. XX. vero eiusdem aquae adhuc inſtillatae, colorem plane rubrum produxerunt.

## *Experimentum XVIII.*

Gtt. XX. Tinċturae Lacmus concentratae, gtt. X. eiusdem aquae, ſtatim colorem e rubro albicantem aſſumſerunt.

Omnibus his meis inſtitutis experimentis ſatis edoċtus ſum, venenum foliorum lauro-ce-

raſi

raſi acidum eſſe, quale vero determinare nondum potui.

Ut id experirer, ſequentia inſtitui experimenta, ſed hunc in finem variae res chemicae neceſſariae erant, quibus deſtitutus Ill. *Mönch* praeceptor meus longe venerandus, ac de meis ſtudiis, inprimis chemicis valde meritus, quae requirebantur, conceſſit ſeque praeſente ut inſtituerem experimenta haud indignatus eſt.

Hunc in finem duabus diverſis aquis uſus ſum:

Nro. I. Ea, quae ex tribus libris foliorum cum duabus libris aquae communis deſtillata ac rectificata oleo tamen privata, non tethifera ac doſi gtt. 200 columbae ingeſta innocua erat.

Nro. II. Ea denique, quam a libra $1\frac{1}{2}$ nulla admixta aqua communi, deſtillaveram.

*Expe-*

## *Experimentum XIX.*

Gtt. 2. aquae Nro. I. cum ſemiuncia aquae deſtillatae commiſcui, dein gtt. 10. terrae ponderoſae ex acido nitri deſtillatae aqua ſolutae inſtillavi, nec aqua turbida facta eſt, nec quicquam ſeſe praecipitavit.

## *Experimentum XX.*

Par fuit ratio, cum terram ponderoſam acido ſalis ſolutam affunderem.

## *Experimentum XXI.*

Nec diſſimilis ratio, cum terram ponderoſam aceto deſtillato ſolverem.

## *Experimentum XXII.*

Periculorum aquae Nr. II. factorum eadem fuit ratio, cum ſalis acido, deſtillato aceto, nitri cryſtalliſata ac aqua ſoluta terra ponderoſa.

*Expe-*

## *Experimentum XXIII.*

Solutio calcis concentrata in acido ſalis communis aeque cum aqua Nro. I et II commixta, nil praecipitavit.

## *Experimentum XXIV.*

Nec aqua calcis vivae aquae Nro. I. et II. admixta quidquam mutavit.

## *Experimentum XXV.*

Puriſſima argenti ſolutio aquae Nro. I. inſtilllata nil mutavit, eadem autem ſolutio aquae Nro. II. floſculos admixta fuſcos praecipitavit.

## *Experimentum XXVI.*

Saccharum ſaturni aqua deſtillata ſimplici ſolutum, in aquis Nro. I et II. nil commutavit,

Id

Id acidum, acido aceti analogum eſſe experimento hoc corroboratur.

*Experimentum XXVII.*

Argentum vivum acido nitri in calore ſolutum, aqua Nro. I. admixta, floſculos fuſcos praecipitavit, non autem eadem copia, quam in argenti vivi ſolutione, aqua tamen Nro. I. argenti vivi ſolutione haud immutata.

*Experimentum XXVIII.*

Argentum vivum acido nitri ope caloris ſolutum aquas Nro. I et II non mutavit.

*Experimentum XXIX.*

Acidum lapidis ponderoſi nondum praecipitatum, in aquis Nro. I et II nil immutavit.

Expe-

## *Experimentum XXX.*

Acidum molybdaenae, aquae Nro. I infuſum, nullam mutationem adtulit, huic autem Nro. II. additum, dierum trium ſpatio granulatum fuſcumque praecipitatum eſt.

## *Experimentum XXXI.*

Denique gr. 5. puriſſimi aërati cryſtalliſati vegetabilis alcali in drachmis tribus aquae Nro II. ſolvi, et vaſe vitreo ad ſiccitatem usque leniter evaporavi, reſiduo pondere gr. 7 colore nigricante; gr. 7 huius reſidui ſalis ſicci, drachmas 3 ſpiritus vini rectificatiſſimi infudi, qui colorem ſubflavidum induit; deinde ſpiritum vini ab eo quod nondum erat ſolutum, decandavi, eumque ſenſim ſenſimque ad ſiccitatem usque evaporavi, et reſiduum ſal ſpiritu vini antea ſolutum pondere erat gr. 3. Quod in ſpiritu

vini

vini ſolvi non poterat, quoque evaporavi, pondere gr. $3\frac{1}{2}$ inde accepto.

Ex omnibus his experimentis prono veluti fluit alveo:

1) Aquam lauro-cerafi, quo magis concentratam, eo maiorem quoque vim, oleum vero vehementiſſimam exſerere.

2. Colorem tincturae lacmus in rubrum mutat, hepatem Sulphuris deſtruit, terrae autem ponderoſae, calcareae ac ſaturni acetati ſubſtantia incolumi ſalvaque.

3) Acidi praeſentiam et rubor tincturae lacmus, et hepatis ſulphuris decompoſitio, praecipitatio autem et color niger ſolutionis argenti in acido nitri, oleum formatum adeſſe, indicant, quo fit, ut calx argenti phlogiſticetur,

tur, ſive oxygen calci argenti eripiatur, ar-
argentum colore nigro praecipitetur ac in formam metallicam abeat.

3) Veneni effectum acido contineri, ſequitur inde, aquam ſale alcali aërato mixtam indolem ſuam venenatam perdere.

5) Acidum aceti adeſſe inde patet:

a) Quia ſaturnum aceto ſolutum, terra ponderoſa aceto ſoluta et calx non praecipitantur.

b) Quod ſal ſale alcali vegetabilis cryſtalliſati regeneratum, ſpiritu vini rectificatiſſimo ſolvitur.

Summus gradus dephlogiſticationis acidorum vegetabilium, vel ſaturatio perfecta aci-

dorum

dorum vegetabilium cum oxygen, ſemper acidum aceti reddit, quod hic praeſens et ſubſtantia efficiens eſt.

Cum nobis vegetabilium acidorum virtutes non niſi ex aceto cognitae ſint, ac acidum hoc hunc exſerat effectum, huic quoque aceti acidum inſit, aceto igitur vis haec adſcribi debeat, aceti acidum vegetabile dephlogiſticatum eſſe, cuius qualitates adhuc nos latent, coniicio.

His ductus rationibus, pro acido dephlogiſticato habui.

a) Sanguis animalium hoc acido interfectorum rubicundiorem induit colorem.

b) Hic rubor in corpore oritur, cum aër in ſanguinem nullum effectum nondum edere

potuit

potuit, et adeo brevi tempore, quo acidum hanc mutationem non efficere valet.

Sanguis venarum rubicundior ſit, ſi aëri expoſitus eſt, qui rubor ex aëris dephlogiſticati in atmosphaera contenta parte, originem habet.

In aëre dephlogiſticato ſanguinis nigredo ſemper abit in colorem rubicundum. Sanguis arteriarum colore rubicundiori ſanguine venarum gaudet, quia in pulmonibus aëri atmosphaerico impraegnatur et principio acidi aëris dephlogiſticati rubrum fit.

Amygdalae amarae *ii*) ceraſorum, perſicorum folia, hanc, quam in lauroceraſo deprehendimus, tam efficacem materiam, continent.

SECTIO

*ii*) Leonhardi D. de amygd. Lipſ. 1776.

# SECTIO SEXTA.

## *De modo, quo venenum noſtrum agit.*

Per nervos vim ſuam venenatam haud propagare iam *Fontana* demonſtravit, id quod ex mutationibus, quibus ſanguis obnoxius erat, ſequitur.

Ex meis aliorumque experimentis haec ſponte fluunt: Cunctorum brutorum lauro-cerafi aqua necatorum ac dein diſſectorum ſanguinem deprehendi valde diſſolutum, irritabilitate plane peſſumdata, cordisque qua pollet ſeſe contrahendi vi, et acu cum excitare conarer, ceſſante. Porro quaedam guttulae olei lauro-cerafi immediate ranae cordi adplicatae efficiebant, ut cor illico ſeſe contrahere deſineret, venenum praeprimis fibras muſculares cor-

corripere, irritabilitatem ac intenſitatem animalis ac vegetabilis vitae praecipuam vim illico ſolvere, inde ſequitur. His qualitatibus igitur gaudet venenum. Minimis doſibus irritabilitatis imminuendae, maioribus hebetandae, maximis vero ſtatim penitus peſſumdandae vi pollet.

Nunc paucis erit exponendum quomodo vulneribus, ſ. oculis, ſ. clyſmatis inſtar adplicatum mortem afferat.

Compertum eſt totum corpus animale vaſis reſorbentibus ubique eſſe inſtructum, itaque ſubtiliſſimum illud acidi vegetabilis dephlogiſticati venenum, ſ. per os, ſ. ope clyſteris, ſ. nudatis muſculis, ſ. oculis, qualicunque demum modo, corpori adplicetur, vaſis reſorben-

bentibus reſorberi, inde cordi, totique tandem ſanguinis maſſae communicari.

Sanguis liquidior fit, circulatio ſanguinis promovetur, magno impulſu ad cor vehitur, cor quidem initio citius ſe contrahit, (unde atrociſſimae palpitationes) quae per ſanguinem dilutum promota cordis contractio mox minuitur, irritabilitas adparenter aucta cito remittit, cor tandem ſeſe contrahendi vi deſtituitur, ut ne quidem ullum medicamentum irritans cordis motum revocare valeat.

Jam vero his probe penſitatis, modus, quo agit venenum, quasque potiſſimum in partes agat, mortem adferens, facile patebunt.

## SECTIO SEPTIMA.

### *De antidoto.*

Ex omnibus, quae in brutis inſtitui experimentis, credo, adparebit, veneni eſſentiam acidum eſſe, quod ſale alcali mixtum brutisque ingurgitatum, innocuum fuit. Ex ſale alcali acido coniuncto ſal medium innoxium fit, quod venenum inefficax reddit. Jure igitur, ſal alcali vegetabile pro optimo antidoto, ac involventibus medicaminibus olim contra lauro-ceraſi aquam abſorptam in uſum vocatis, facile carere nos poſſe, contendo.

SECTIO

# SECTIO OCTAVA.

## *De lauro ceraſi aquae uſu medico.*

Quantum nimia lauro-ceraſi aqua noxae adfert, quanta, eaque vehementiſſima actione, corpus exercet venenata ex foliis nulla adpoſita aqua communi, deſtillatae lauro-ceraſi aquae oleique indoles, tanta quoque rite praeparatae iuſtaque doſi ac cauta manu datae aquae utilitas visque medica *kk*). A gtt. 20 — 40 — 60 exhiberi poteſt. *Thilenius ll*) a gtt. 30 — 60 — 80 gradatim ter vel quater in die, ac robuſtioribus 60 gtt. ſimul maximo cum fructu exhibuit.



*kk*) Vide Piderit praecepta in Pharm. rat. Caſſ. 1791, 115.

*ll*) *Mediciniſche Beobachtungen*, p. 195.

In accumulatione ſanguinis atrabilaris drachmae 2 huius aquae clyſteribus admiſceri poſſunt.

Et gratus ſapor lauro-ceraſi aquam commendat, et eius cum omnibus medicamentis concordia. Agit absque omni irritamento et exaeſtuatione his doſibus data, quos etiam ceu acidum vegetabile effectus producere poteſt. In ventriculum ſenſibilitate ac irritabilitate gaudentem, ingeſta aqua nec naturales nec criticas excretiones retinet, et, iis in caſibus, quibus morbi conſtitutio uſum ſalium, ſaponum aliorumque medicamentorum prohibet, adhiberi poteſt *mm*). Maximus ex noſtrae

aquae

*mm*) Thilenius l. c.

aquae uſu redundat fructus in hypochondriacos hyſtericas, melancholicos, maniacos, in ſanguinis cumulationes, ab haemorrhoidibus obſtructis ortas ac menſtruo fluxu oppreſſas mulierculas *nn*).

Nec uſus latet in hepatis ac lienis obſtructionibus, in rheumatismo et aſthmate ubi ſanguis nimis ſpiſſus erat *Bagiv oo)* commendavit, nec non in phthiſi. In phthiſi et ſyphillitide *Linnè pp*). Infuſo foliorum atrociſſimas obſtructiones hepatis CAMERON *qq*) et anginam mem-

*nn*) MÖNCH mat. med.

*oo*) Pract. Eſſ. on medical ſubiects, p. 37.

*pp*) Mat. med. Edit. 2da. p. 143.

*qq*) KRÜNITZ l. c. p. 175.

membranaceam et inflammatoriam *Plenk rr*) ſanaverunt. *Vogel ss*) interne et externe adhibuit ad tumores ſanandos. Cl. *Schmidt* Archiater Principis Schaumb. aqua noſtra ſecundo eventu variis uſum fuiſſe caſibus mihi narravit. Maniacis, ex quorum venis inſtar atramenti ſanguis ob denſitatem aegre miſſus, ter quater a gtt. 40—45 in die propinavit, quo factum, ut quatuordecim dierum intervallo, ſanguis colore inſtar cinnabaris erumpente, priſtinae ſanitati reſtituerentur. Foeminae morbo hyſterico vexatae, quatuor antea unciis nigri ſanguinis miſſis, per quatuordecim dies

ter

*rr*) Toxicologie, p. 103.

*ss*) *Chirurg. Wahrn. Samml.* I. *p.* 48.

ter in die 30 gtt. aquae propinavit, quo factum eſt, ut menſtruis redeuntibus, convaleſceret.

*Thilenius tt*) lauro-ceraſi aquam cum tartaro ſolubili tartariſato coniunctam aegrotantibus propinavit. Jam vero, cum medicaminis hujus efficiens cauſa ſit acidum, ac pauciſſimi Pharmacopoei tartarum tartariſatum rite ſaturent, indeque ſalis alcali reſiduum acido coniungatur, quo efficacia omnis perire poteſt, lauroceraſi aquam cum tartaro ſolubili non comiſcendam eſſe, exiſtimo.

Coronidis inſtar *Thilenii uu*) ipſiſſima verba adponam. „Wie oft, ait, ſchwarzgal-

„ligter

*tt*) l. c. p. 196.

*uu*) l. c. p. 193.

„ ligter Stoff ſchwarzes glebrichtes durch die „ Adern ſchleichendes, beim Erkalten auf dem „ ſich als waſſerloſe Theermaſſe zeigendes „ Blut, an der Hypochondrie und Hyſterie „ den gröſten Theil haben, wie oft hievon „ der Uebergang in die ſchwarze Melancholie „ ſich zuträgt weis ieder Arzt. Dieſes ſchwer- „ flüſſige, die Gefäſſe beläſtigende, die Seele „ trübende, ſeines wäſsrigen Vehikels beraub- „ tes Blut aufzulöſen, zu verdünnen; wieder „ in geſunde Miſchung zu bringen, iſt nach „ meinen hundertfältigen Erfahrungen kein „ beſſeres Mittel in der ganzen mir bekannten „ Materia medica als das *Kirſchlorbeer-Waſſer.* „ Es würkt eben ſo gut, ſo ſicher als China „ die Wechſelfieber, Merkurius die Luſtſeuche „ heilt.“

SECTIO.

# SECTIO NONA.

Haec ſatis dicta ſunto, pro corroboranda mea ſententia, aquam lauroceraſi, pro diverſa praeparandi ratione teterrimum ac diriſſimum eſſe virus, aquam inde deſtillatam vero certis caſibus, iuſta doſi datam, medicamen eſſe ſaluberrimum. Probe de uſu eius noxio ac maxime peſtifero cogitanti, ac peſſimum, ad quotidianum uſum adhibitum, iſtum potum omnino eſſe eliminandum, omni iure videtur.

Quis enim re venenata tanquam cupediis fruatur, cum vis momentumque, quod anni tempeſtates, clima in hanc arborem habeant, nobis nondum ſat cognitum ſit atque perſpectum?

Num foliis, tempeſtatibus et regionibus diverſis, maior olei peſtiferi inſit vis largiorque

copia

copia, haec adhuc abſtruſa et interiori ſunt clauſa ſacrario. Forſan tempus dabitur, quo, quae tenebris involuta adhuc ſunt, revelata videamus.

# THESES.

1.

*Evacuantia in omnibus febrium ſpeciebus omni tempore pro indicatione locum habent.*

2.

*Non datur certum ſignum inter pleuritidem et peripneumoniam.*

3.

*Diarrhoea eſt morbus ſpaſmodicus.*

4.

*Mercurius gummoſus* PLENKII *ex uſu medicorum relegari poteſt.*

5. *Effi-*

5.

*Efficacia emeticorum minime in ſola primarum viarum evacuatione conſiſtit.*

6.

*Deligatio funiculi umbilicalis non ſemper neceſſaria.*

7.

*Sulphuris aurati antimonii tertiam praecipitationem praeſcribi haud neceſſe eſſe credo.*

8.

*Mercurius vivus in ileo, nil prodeſt.*

6.

*DISSERTATIO*
*INAUGURALIS OBSTETRICO - MEDICA.*

DE

# NOVISSIMA AEQUE AC PRAESTANTISSIMA,

AD

*PROMOVENDUM PARTUM NATURALEM,*
*ENCHEIRESI.*

QUAM

SUB AUSPICIIS
SERENISSIMI ET POTENTISSIMI PRINCIPIS
AC DOMINI
DOMINI
**GUILIELMI IX.**
HESSIAE LANDGRAVII REL. REL.
ET INCLYTI MEDICORUM ORDINIS
CONSENSU
PRO GRADU DOCTORIS
MEDICINAE, CHIRURGIAE AC ARTIS
OBSTETRICIAE
publice defendet

Auctor
*Carolus Ludovicus Philippus Schehmel*
Rintelenſis.

Die Octobr. A. A. C. cIↄ Iↄ CCLXXXXII.

MARBURGI HASSORUM,
TYPIS NOVAE TYPOGRAPH. ACADEM.

*VIRO*

*ILLUSTRI CELEBERRIMO*

*DOMINO*

# *GEORGIO GUILIELMO STEIN,*

*Med. Dr., Med. Chir. ac Artis obſtetr. P. P. O.*

*nec non Potent. Haſſiae Landgravio a Conſiliis*

*aulicis et Direct. Coll. Med. quod Caſſellis*

*et Marb. floret. reliqua.*

Praeceptori ſuo omni pietatis ſtudio
proſequendo
Haſce ſtudiorum primitias ea,
qua par eſt referentia,

D. D.

Auctor.

# INTROITUS.

Erunt forſan, qui omnia conamina, quibus, in partus naturalis accelerationem tendimus, ſupervacua eſſe credunt; dicentes: Eſtne partus naturalis is, qui a natura ipſa ſine artis adminiculo et in brevi temporis ſpatio perficitur? eſtne corpus muliebre a natura illis viribus conſtitutum, quae foetum maturum in lucem edere ſufficiunt? ad quid nunc omnia conſilia ad partum naturalem promovendum? — Utique ſibi relicta natura partum abſolvet. Foemina nimirum talibus praedita eſt viribus, quae ex utero poſſunt expellere foetum, ſi tantum naturali ſitu gaudet, occipite praevio facieque in

ex-

excavatione oſſis ſacri locata naturalesque viae, foetui percundae ſatis amplae et ad eius partes conveniente proportione ſunt inſtructae. Et has vires iam proponam.

## Sectio prima.

*Natura quidem ſibi ſufficit, at artis adminicula non ſunt ſpernenda.*

### §. I.

Uterus gravidus, ad decimi lunaris menſis finem, ſummo gradu expanſus, incipit ſe contrahere onereque, per quadraginta hebdomades portato, ſe liberare conatur. Quae cauſa proxima vis uteri ſeſe contrahendi ſit, utrum ſola contractilitas omni telae cellulofae communis? an vaſa vteri ſanguifera, ſtatu non gravido canales anguinas formantia, tempore autem graviditatis pedetentim in rectilineas extenſa et in-

ſtante

ſtante partu ad maximum extenſionis gradum perventa in priſtinum nunc ſtatum ſe reſtituere ſtudeant? quod nonnulli e. g. Cl. Hagen a) credunt; an vis utero propria inſit, ab omnibus corporis humani viribus huiusque notis diverſa? uti Cl. Blumenbach b) contendit, eamque vitam propriam appellat; an denique hae contractiones a fibris muſcularibus a Cel. Reuſchio c), Ill. Hallero d) et aliis praecipue in utero gravido viſis, et quod mihi a vero non abhorrere videtur, dependeat eſt? hoc loco non

a] *Verſuch eines neuen Lehrgebäudes der pract. Geburtshülfe etc. Berlin und Stetin* 1781. 1. *Th. S.* 38. 39.

b] Inſtitutiones phyſiol. Goett. 1787. Sect. IV. p. 35. §. 47.

c] Adverſ. anat. Dec. II. anno 1717. et Dec. III. Tab. 3. fig. I. etc.

d] Primae lin. Phyſ. edit. Wrisbergii §. 843.

non inquiram. Scire nobis ſufficiat, tempore partus uterum ſe contrahere et hisce contractionibus (vulgo dolores *Weben*, ſed, vt infra oſtendam perperam dicti) verſus ſuum orificium, foetus ibi exitum quaerens, premi. Viae, ſcilicet foetui legendae, ſucceſſive ſic aperiuntur. Ovi membrana, uteri orificium intrantes veſiculamque liquore amnii impletam, quovis ſub dolore magis magisque intumescentem, formantes, illud hoc modo mechanice quaſi ſenſim diducunt. In parietibus vaginae locatae glandulae mucoſae, ad partes lubrificandas magnam excernunt muci copiam. Veſica ſupra memorata, tandem rumpens liquoremque transmittens, ſuum quoque ad partium lubrificationem confert. Caput descendens vaginae rugas exaequans, eam ſitis amplificat. Niſus diaphragmatis et abdominalium muſculorum inferiora verſus ſpiritusque compreſſus, vteri actiones

valde

valde adjuvant. Viribus his expellentibus ſingulares adhuc capitis exeuntis verſationes, ſunt addendae, quibus deficientibus aut nunquam ſola natura partum abſolveret aut non ſine foeminarum genitalium dilaceratione. Capitis enim diameter maior in minorem pelvis aperturae ſuperioris diametrum ingrediens nunquam transiret, niſi vel maior capitis diameter in plures medios et minores expediretur, vel ex pelvis minori diametro in obliquum deventeri diametrum collocaretur. Vel enim hac vel illa ratione, usque ad aperturam pelvis infimam, caput, occipite praevio, deſcendit; hic, affixo, oſſium pubis arcu, occipite, ſemicirculo facie anteriora verſus rotat. — Hae ſunt mechanicae, mulieri, a creatore datae vires, ſuae ſimile gignere. Saepe autem languidae inertesque ſunt; et etiamſi ſatis validae ſint, quidni arti, partum, a natura quoque tandem abſolutum, ſi modo poteſt, accelerare concedamus?

§. II.

## §. II.

Non vilipendenda etiam eſſe artis ſubſidia, probant multifaria ab omni aevo artis peritorum conamina, plus minusve mox utilia, mox inutilia, quin quandoque nociva. Praeter parturientium ſitum in lecto vel vulgari vel hoc ſcopo inſtructo, vel in ſella obſtetricia, ex quibus tantummodo praeſtantiſſimae ab Ill. Steinio inventae et deſcriptae *) mentionem facio; qua et parturiens toto poteſt inniti corpore et eius mutata; quovis partus ſtadio conveniente poſitione, foetui levamus exitum partumque reddimus faciliorem. His exceptis, ad inveniendas etiam encheireſes, tam partum promovendi quam foeminarum partium genitalium parcendi gratia, ſtuderunt. Omnes autem quas in hoc labore

*) *Kurze Beſchreibung eines neuen Geburtsſtuhls und Betts etc. mit K. Caſſel* 1772.

labore navarunt operas, non easdem eſſe nec pretii nec commodi nec uſus, ex ſequentibus, elucet.

## §. III.

Cel. Smellie *) vaginam, peculiari encheireſi, dilatare ſuadet, verba eius ita ſe habent: „ Lorifice de la matrice et celui du vagin„ s'ouvrent pour l'ordinaire avec beaucoup plus „ de peine dans les premieres couches que dans „ les ſuivantes, particulierement encore lorsque „ les femmes ſont parvenues à l'âge de trente „ ans ou davantage. En ce cas, il faut dilater „ doucement l'orifice externe à chaque douleur; „ pour cet effet on y inſinuera ſes doigts en „ for-

*) Traité de la Theorie et Pratique des Accouchemens etc. Ed. Preville, a Paris 1754. 8vo p. 232. 233.

„forme de cône, et on les tournera tout autour „afin de dilater les parties doucement et pas „degrés; lorsque l'on a introduit toute la main „dans le vagin, il eſt quelquefois à propos de „gliſſer les doigts, et la main à plat êntre la „tête et l'orifice interne, parce que quand on „n'a point eu cette précaution aſſez à tems, „l'orifice de la matrice eſt ſouvent pouſſée de„vant la tête, (particuliérement la portion voi„ſine du pubis) même au travers de l'orifice „externe; ou ſi la tête paſſe l'orifice de la ma„trice, elle pouſſe les parties à l'orifice externe, „et met par ce moyen le périnée en danger „d'en être déchiré etc." At ſi dicendum, quod res eſt, encheireſis haec inutilis non ſolum, quin eſt noxia; caput enim deſcendens vaginam egregie dilatat eiusque rugae ita ſunt inſtructae, ut a tergo, verſus oſtium vaginae externum, exaequarentur. Manum autem caput

inter

inter et vaginam immittere valde pernicioſum eſt, nam ſpatium minuens, capitis tranſitum retardans, partium genitalium rupturam accelerat. — Idem alio loco *) et quidem conſilio longe ſalubriori, ad perinaei dilacerationem praecavandam, exitui capitis per palmae manus applicationem reſiſtere, primus proponit. Haec ſunt verba: „ L'opérateur doit appuyer, avec „ la paume de la main contre le périnée afin „ que la tête ſoit ſoutenue dans ſon paſſage, „ jusqu'à ce que l'orifice externe ſoit ſuffiſam- „ ment dilaté; et afin que l'Accouchement ſe „ fuſſe ſans déchirer le frein ni les parties qui „ ſe trouvent entre celui-ci et l'anus; dautant „ plus qu'elles ſont alors tres éminceés.“ Haec methodus, ad vim capitis in perinaeum immi-

nuen-

*) Obſervations ſur les Accouchement. Trad. par M. de Preville, od. 8. Tom. III. p. 30.

nuendam eiusque rupturam praecavendam eſt omnium optima.

## §. IV.

Cl. Roederer *) ſequens dat conſilium: „Quoniam enim foetus axin pelvis ſequitur, „verſus anum tendit. Dum vero vaginam „peragrat, ſucceſſive parietem eius poſterio„rem, inteſtinum rectum, anum et perinaeum „verſus os ſacrum reprimit, quam repreſſio„nem atque orificii vaginalis dilatationem ob„ſtetricans ſequentibus juvat. — Pinguedine „quadam, butyro, oleo amygdalarum dulci et „ſ. vaginam atque labia ſaepius inungere pot„eſt, ut conſuetudini ſatisfaciat, atque forſan „fibras paulo magis relaxet. — Ad utrumque „ori-

*) Elementa artis obſtetriciae edit. Wrisbergii Goettingae 1766. 8. p. 138. §. 311.

„orificii vaginalis latus, prope perinaeum,
„utriusque manus indicem et medium digitum
„collocat. Sub quovis ingruente dolore digi-
„tis his perinaeum verſus os ſacrum premit,
„atque infra caput ducit; qua ratione capiti
„porta (non dubito) ita panditur, ut absque
„impedimento et perinaei noxa excidat." —
Credat Iudaeus apella, non ego. Inutiſe enim hoc conſilium imo peſſimum eſſe, facile patet conſideranti; perinaeum quippe ſolo capitis volumine ita diſtenditur, ut dilacerationi proximum ſit, quin quandoque rumpat; jam vero ſi capitis volumen, quatuor adhuc digitorum volumine augetur, quis neget, dilacerationem, ineluctabili fato, non poſſe non eſſe inevitabilem.

Cl. Baudelocques *), encheireſes a Smellie et Roederero deſcriptas, aliqua tantum commutatione, conſociat; ſilentibus enim doloribus, duobus digitis vaginae immiſſis, perinaeum capite expanſum reprimit, ingruentibus autem palma manus perinaeo affixa, reſiſtit. Sic ſe habent verba: „Wenn der Kopf „des Kindes auf die äuſſern Geburtstheile zu „würken anfängt, ſo muſs man ſie auf eine „ſolche Art vorbereiten, daſs ſie in den lezten „Augenblick der Geburt keinen Schaden leiden. „Auſſer fettigen Materien z. B. Butter, womit „man dieſe Theile oft gelinde einreibt, bringt „man *zween Finger in den Eingang der* „*Scheide*; um ſie dadurch, daſs man dieſe „Finger entweder nach und nach nach ver-

ſchie-

*) *Anleitung zur Entbindungskunſt, B. I. aus dem Franz. von Meckel. Leipz.* 1891. p. 427.

„ſchiedenen Richtungen auseinander dehnt, „oder *niederwärts nach dem Mittelfleiſche zu* „*drückt*, unvermerkt eben ſo, wie die äuſſere „Schaam, zu erweitern. Dieſes Verfahren hat „jedoch nur alsdenn ſtatt, wenn die *Wehen* „*ausſetzen:* denn *während derſelben* drückt „man das mehr oder weniger ausgedehnte „Mittelfleiſch mit der einen flachen Hand nach „dem Becken zu, um dadurch, daſs man den „Kopf des Kindes nicht zu ſchnell aus der „Schaam heraustreten läſst, das Zerreiſſen des „Mittelfleiſches zu verhüten.“ Perinaei retropreſſionem tempore etiam dolorum intercalari, damnoſam eſſe, quis negabit? non prius enim convenit usque dum perinaeum dolorum remiſſione diſtenſum et durum manet, tunc autem quavis per interiora partium applicata vis eius rupturam quam maxime accelerat.

## §. V.

Conſervandi perinaeum cauſa, Cl. Plenk *), illud, pulvilli lintei ope, anum verſus ſuper caput retroprimere jubet. Ita ſonant verba: „Sobald der Geburtshelfer beobachtet, daſs der „Kopf des Kindes ſchon anfange, auf das „Mittelfleiſch herab, und dieſes vorwärts zu „drücken: ſo ſoll er unter jeder Wehe mit „einen leinwandenen, mit Fette beſtrichenen „Bauſch das Mittelfleiſch vom Kopfe des Kin- „des etwas *rückwärts drücken*, bis die Wehen „den Kopf des Kindes aus der Schaam gedrückt „haben." — Hanc etiam methodum, Steidele **) eisdem fere verbis, ſuadet: „Sobald „die

*) *Anfangsgründe der Geburtshülfe, Wien* 1768. *I. Th. p.* 95.

**) *Unterricht für Hebammen, Wien* 1774, *S.* 104.

„die Hebamme merkt, daſs der Kopf ſchon auf „das Mittelfleiſch dringt, ſolches vorwärts „drückt, und die Schaam erweitert, ſo ſoll „ſie unter dem Wehen mit einem Leinwand-„pauſch, der mit Butter oder Schmalz be-„ſchmiert iſt, das Mittelfleiſch halten, und „ſolches dem durchbrechenden Kopf *entgegen* „und nach *rückwärts* drücken." — Hocce conſilium, Ill. a Mohrenheim, libro ſuo praetioſo anno praeterito edito *), iterum dedit, dicens: „In dem Augenblick der Geburt „ſelbſt muſs die Hebamme mit einem feinen „*trocknen* Lappen, das Mittelfleiſch über den „zwiſchen den Schaamlippen heraus dringenden „Kindestheil, und *gegen das Steisbein zurück-„ſchieben*, damit ſolches den Durchgang des

 „Kin-

*) *Abhandlung über die Entbindungskunſt. Petersburg* 1791. *S.* 78.

„Kindes nicht aufhalte, und von demſelben „nicht zerriſſen werde.“ In nota hoc loco addita fruſtum lintei non pinguedine illitum eſſe debere, contendit. Hanc encheireſin quoque eſſe damnoſam, primus demonſtrat intuitus, plus enim ad perinaei rupturam quam eius conſervationem confert.

## §. VI.

Quare ſi omnes hactenus expoſitas encheireſes conſideramus, res eo redit, quod altera prae altera ſemper ſit deterior; omnesque non niſi in ultimo parturitionis ſtadio (non dicam conveniant) applicari poſſint. Qui enim ut Roedererus, deterrimae illius encheireſeos facile princeps, per interiora partium hanc retropreſſionem perinaei moliuntur, magis omnino taxandi ſunt, quam qui idem per exteriora partium efficere conantur: et inter hos magis itecum

rum culpandi ſunt, qui encheireſin illam Smelſianam ſimpliciſſimam et maxime naturalam, id eſt: absque omni interpoſitio linteo in eo corrigere ſtuduerunt, ut linteum interponerent manui partibusque. Nam actio in ſtudio illo retropreſſionis perinaei ſemper nociva, ob frictionem maiorem, maior ſemper erit interpoſito illo linteo laudato, quam ſi manu ſimplici, oleo inſuper illita, perficeretur.

## §. VII.

Sed audiamus adhuc Cl. Hinze *) dicens: „Sobald der Kopf auf die geſprengte Blaſe „nachruckt, ſo muſs die Hebamme dahin ſehen, „daſs die Geburtstheile geſchont werden. Dies „be-

*) *Verſuch eines ſyſtematiſchen Grundriſſes der theoretiſchen und praktiſchen Geburtshülfe. Stendal* 1791. *S.* 70.

„bewürk ſie, wenn ſie drey Finger der linken „Hand unter das Schifchen legt, um beym „Durchgange des Kopfes die Zerreiſſung deſſel- „ben zu verhüten. Mit dieſen drey Fingern „drückt ſie das Mittelfleiſch *rückwärts*, und „zugleich wie mit einem Hebel, den Kopf des „Kindes auf- und vorwärts, indem ſie mit dem „Zeigefinger der rechten Hand in des Kindes „*Mund faßt*, und auf dieſe Art ihn heraus- „zieht.“ — Steidele*) eandem jam ſuadet encheireſin, dicens: „Man kan verſuchen, „eine Hand zwiſchen den Kopf und der Mut- „terſcheide hinein zu bringen, um mit zwey „in den Mund gebrachten Fingern den Kopf „heraus zu ziehen.“ Haec methodus partim eſt pernitioſa, partim, ut facile eſt perſpectu, impoſſibilis; digitis enim immiſſis ad os perve-

nire,

*) *l. c. pag.* 150.

nire, propter altum eius ſtatum, nequit, et ſpatio deficiente, quam maxime, ut ſupra iam dixi, nocet. —

## §. VIII.

Quum adeoque encheireſium hucusque allegatarum, illa tantum antiquiſſima et ſimpliciſſima a *Smellie*; ad praecavandam perinaei rupturam, ſuaſa, vero ſit uſu, quamvis eo laboret vitio, quod non omni partus tempore ſed ſtadio quarto ſolum, applicari poſſit: invenienda erit encheireſis quae prioribus parturitionis ſtadiis ſatisfaciat. At illam, quam Praeceptori meo ſumme venerando, Illuſtri Steinio debeo talem eſſe, infra patebit. Priusquam autem eius deſcriptionem, quam publici iuris facere lubens mihi conceſſit, attingo, nonnulla expartus Theoria ſunt praemittenda, ſine quibus nova aeque ac praeſtantiſſima haec ad promovendum partum

natu-

naturalem encheireſis nec explicari nec intelligi poteſt.

## SECTIO SECUNDA.

*Dolorum natura. Stadiorum ratio eorumque ſubdiviſio.*

### §. IX.

Uteri contractiones, vulgo dolores, (Wehen) ſed vt ſupra iam memoravi falſe ita nominantur; cauſa enim confunditur cum effectu, nam uteri contractiones minime ſunt dolorificae, ſed dolores a fundi et corporis uteri actione et ſequente ex ea, capitis preſſione verſus uteri ſegmentum inferius reſiſtens et orificium eius ſenſibile, ortum ducunt *). At enim vero dolores

*) Ill. Stein *Theor. Anleitung zur Geburtshülfe. Caſſel* 1783. *S.* 151, §. 489.

res (ſit iam venia verbo) qui ad ſcopum noſtrum pertinent, partus decurſu valde differunt gradu, ob hanc cauſam I. in *dolores praeſagientes*; II. in *praeparantes*; III. in *dolores ad partum* et IV. in *dolores conquaſſantes*, obſtetricatores diviſerunt, et differentiam hanc quatuor parturitionis ſtadiis diſtinctis notaverunt.

## §. X.

*Stadium primum*, *dolores praeſagientes* (vulgo Necker, Roepfer, gallis Mouches) indicant. Haec prima, uteri expanſi in contractionem conamina, mox incipientem praedicunt partum. Omni quidem tempore, praecipue tamen ſub veſperam aut noctem primi invadunt. Interdum intra duas, tres ad ſex, plerumque octo ad decem horas abſolvuntur, nonnunquam vero plures in dies protrahuntur.

Ex

Ex inquietudine, anxietate, capitis dolore, horripilatione, conatu vomendi urinamque reddendi, imo vomitu ipſo incipiunt; ceterum hisce ſub doloribus partum praeſagientibus ipſum uteri orificium ab initio vix aperitur, ſaltem de velamentis nihil adhuc percipitur. In foeminis primiparis moleſtiores longiorisque vt plurimum durationis ſunt, leviores tamen, non in effectu quidem, ſed in ſenſatione, illis ſtadiorum ſequentium evadunt. Intermittunt valde rarusque, ſingulis circiter dimidiis horae quadrantibus incedunt. Exploratio interna nos tantum, dolores veros partum praeſagientes adeſſe, facit certiores. Sub muci vaginalis enim uberiorem ſecretionem, uteri deſcenſum, ſegmentum inferius capite expanſum, globoſum et extenuatum, interdum liquoris amnii caput inter et ſegmentum inferius fluctuationem, canalis cervicis minimam longitudinem uterique ori-

ficium

ficium tandem ad unam alteramve lineam in diametro apertum, percipiemus.

## §. XI.

*Stadium ſecundum*, velamenta, uteri orificio iam ex parte diducto, ſub dolore tenſa, ſignificant. *Dolores* tunc efficatiores frequentioresque, *praeparantes* iam audiunt. Dolores enim per dimidium circiter ſ. integrum minutum, durant, omnibus 6 — 10 minutis recurrunt. Stadium hoc 1 — 2 horis, interdum 4 — 6 finitur. Omnia ſupra enumerata ſymptomata ingraveſcunt. Senſatio dolorifica, ab uteri contractionibus orta, diaphragma et abdominales muſculos in conſenſum trahit; ſpiritum parturiens comprimit totoque corpore connititur, ac ſi alvum deponere cuperet. Mucus albus in vagina ſecretus nunc ſanguine eſt tinctus (*es zeichnet*). Velamenta uteri orificium

iam

iam ex parte ingreſſa ingruente dolore tenſa, ſilente laxa ſunt (*Geſtellte Waſſer*). Silentibus enim doloribus aquae paululum aſcendunt et velamentorum veſicam laxam reddunt, ita ut caput praevium iam facilius percipiatur. Senſim ſenſimque autem veſica magis magisque increſcit, ſic ut non amplius recedat, quin potius tandem dolorum etiam tempore intercalari, tenſa manent et ſub quovis dolere rupturam minetur (*Springfertige Waſſer*). Cuneum quaſi orificium dilatans refert velamentorum veſica, quae ſubinde tantae molis eſt, ut ex vagina promineat. Tandem membranae rumpuntur (*der Waſſerſprung*) et liquoris amnii profuſione ſecundum ſtadium finitur. —

## §. XII.

*Stadium tertium*, velamentis ruptis, intrat. *Dolores*, illud comitantes vehementiores, effi-

ca-

catiores moleſtioresque quam ſtadiorum praecedentium, *veros ad partum* appellarunt. Niſus validiſſimi totius corporis indicant, naturam nunc omnes vires evocare, parturientem onere ſuo brevi liberare. Statim poſt velamentorum rupturam, caput, illum in locum quem antea aquae tenuerant, ingreditur et capitis ſegmentum toto orificii ambitu cingitur. Caput tunc corollatum (*der Kopf in der Krönung*) nominatur. Quovis dolore caput magis magisque in vaginam deprimitur. Cranii oſſium forma globoſa, dolorum vi in longam comprimitur capitisque integumenta, ad ſuturarum curſum, in plicas abeunt; ſi vero per fretum oſſium lento modo caput tranſiat, tumere incipiunt, id quod capites tumorem (*Kopfgeſchwulſt*) vocamus. Stadium hoc ſaepiſſimae ſemihorae aut horae ſpatium perdurat.

§. XIII.

## §. XIII.

*Stadium quartum* inchoat, ſimulac caput totam vaginam replet et fere ad ſinum externum usque delapſum eſt; ſic ut apex pilae capitis iam intra labia maiora compareat. *Dolores* tunc *conquaſſantes* audiunt. Sine ulla fere remiſſione invadunt. Validiſſimos, frequentisſimos et ſimul ſymptomata ſupra narrata vehementiora eſſe, primus jam intuitus demonſtrat. Caput ex toto in vaginam haerens, os coccigis reprimit, ani orificium in rimam longitudinalem tuberoſitatibus oſſium iſchii directam aperit, et inteſtinum rectum preſſum faeces ſuas emittit. Urethram etiam caput comprimit urinaeque effluxum impedit, perinaeum primo ſub doloribus in haemisphaerium diſtendit, tempore autem dolorum intercalari relaxat iterum. At non multo poſt, capitis ſegmentum extra labia maiora conſpicuum fit (*der Kopf im Einſchneiden*).

*den*). Perinaeum magis magisque ad chartae ſcriptoriae tenuitatem diſtenſum, ſilentibus etiam doloribus expanſum manet et durum. Caput, occipite ad arcum oſſium pubis hypomochlii inſtar adniſo, ſe circum axin ſuum transverſalem convertit, frenulum rumpit et facies primum in conſpectum venit (*der Kopf im Durchſchneiden*). Reliquum corporis facile ſequitur. Hoc ſtadium plerumque ſemihorae ſpatio finitur.

## §. XIV.

*Secundum, tertium et quartum ſtadium iterum in initium, medium et finem*, ſubdividi poſſunt. —

*Initium ſecundi ſtadii*, uteri orificium plus minusve apertum, et per eius aperturam velamentorum tenſio ſub uteri contractionibus percipienda, monſtrant. —

Me-

*Medium*, veſica aquis impleta, orificum ingreſſa, dolorum etiam intervallo tenſa et durâ, indicat. —

*Finem* liquoris amnii profuſio prodit —

*Tertii ſtadii intium*, veſica rupta capitisque eum in locum quem antea aquae occupaverant, lapſus, produnt. —

*Medium* caput corollatum indicat. —

*Finem*, capitis in vaginam, usque ad aperturam pelvis infimam deſcenſus ſignificat. —

*Initium quarti ſtadii*, apex pilae capitis intra labia maiora morans ſignificat. —

*Medium*, ani orificium transverſaliter diductum perinaeumque, ingruente dolore expanſum et globoſum probant. —

*Finem*, perinaei, dolorum etiam remiſſione, tenſio, capitis tranſitus partusque ex toto abſolutus faciunt. —

SECTIO

## Sectio tertia.

*Expoſitio principiorum ad inveniendam novam encheireſin. Encheireſeos deſcriptio et applicatio ad partus ſtadia.*

### §. XV.

Ovulo concepto creſcenti, uteri fundus, corpore et collo craſſior non autem denſior primus extenditur, niſum tamen ejus fibrae extenſioni reſiſtendi totum per graviditatis tempus edunt, qui ovulum expelleret, niſi corpus et collum, fibrarum earum contractione, reagentia orificiumque claudentia, exitu ovuli hoc modo impedimento eſſent. Uteri fundo ad definitum gradum expanſo, denſior etiam corporis ſubſtantia, ovi incremento cedere cogitur, tunc uteri tantum ſegmentum inferius, cujus fibrae fundi et corporis fibris denſitate ſuperant, reſiſtens aequilibriumque ſervans ovo exitum prae-

cludit. Partes itaque uteri, in antagoniſmo, tatam per graviditatis periodum, verſantur.

## §. XVI.

Uteri autem partes ſi ſemper hoc aequilibrium ſervarent, foetus nunquam in lucem ederetur; neceſſe itaque eſt, ſegmenti uteri inferioris reſiſtentia, tempore partus, deſinat. Ultimo etiam graviditatis menſe, fundo et corpore ſummo gradu expanſis, ſegmentum uteri inferius ſimul cum portione vaginali molleſcunt et ad extenſionem adhibentur, ita ut unius menſis ſpatio, portio vaginalis ex toto evaneſcat totumque inferius ſegmentum valde tenuescat. Quam ob cauſam, inſtante partu actionibus fundi et corporis validiſſimis, caput ad orificium prementibus non poteſt non cedere, quo fit ut uteri orificium aperiatur.

## §. XVII.

Fundus uteri, primus poſt conceptionem extenſus, parturitionis etiam tempore primus ſeſe contrahere incipit, ſuis autem actionibus corpus et collum reſiſtunt, usque dum ejus contractiones tam fiunt validiores, ut corporis reſiſtentiam tollant. Sublata corporis reſiſtentia, ſuis quoque actionibus fundi actiones adjuvat corpus, quibus ſegmenti inferioris reactio ſe opponit, decimo autem menſe ita eſt debilitatum ut junctis eorum viribus tandem reſiſtere non valeat. Hoc modo, inſtante partu, aequilibrium partium uteri ſeſe antagoniſantium tollitur.

## §. XVIII.

Qnamvis jam ex hactenus propoſitis mechanismus naturalis uteri gravidate aeque ac in partu appareat et ratio extenſionis uteri gravidi non minus quam ratio contractionis uteri parturien-

is expoſita ſit, ſic ut actionum et reactionum uteri in utroque hujus viſceris ſtatu tam diverſo, quam per leges naturae ordinato ratio demonſtrata partiumque uteri antagoniſmus explicatus ſit, ad duo tamen adhuc momenta reſpiciendum eſt.

## §. XIX.

Primum quod attinet ſtudioſa obſervatio docet, orificium ultimo graviditatis tempore, quo ſcilicet cum portione ſua vuginali ad extenſionem totius ſegmenti inferioris ſuum confert, ſic ut ex parte jam aliquam dilatationem pati coactum ſit, non ab interno ſuo ambitu ad externum ſed potius vice verſa ab externo ad internum dilatari. Canalis enim cervicis longitudo non a parto ſuperiori ad inferiorem partem, ſed ab hac ad illam perit.

§. XX.

## §. XX.

Alterum eſt, quod uteri partes, fundus cum corpore eo inſigniorem acquiant craſſitem, potioremque hinc inde contractionis actionem, quo cavum uteri expanſi ſenſimque in partu fit minus. At enim vero per novam, quam mox deſcribam encheireſin, orificii dilatatio et apertura non ſolum ad leges naturae operatur, ſed etiam cavum uteri eo ſemper minus ſpatióſum fit, quo magis labia orificii uterini ſuper illas partes elevantur, quae orificium uteri ingrediuntur.

## §. XXI.

Non dicam tertio, quod encheireſis haec elevandorum orificii uterini labiorum irritamenti inſtar debiles minusque frequentes dolores mirifice ſolicitet, ſeque et hoc titulo maxime commendet, quamvis in hoc caſu alius plane ſit contractio-

tractionum uteri ſeu dolorum cum viribus ſic dictis auxiliatricibus, actionem muſculorum abdominalium cum diaphragmate puta, ordo.

## §. XXII.

Ad manuale encheireſeos ipſius me potius converto, quod ita eſt: obſtericator, duobus digitis, indice nempe et medio unius manus, oleo illitis, in vaginam usque ad orificium uterinum immiſſis, totum ejus ambitum circumvehit, ita ut dolorum intervallo cautis elevationibus orificium ſupra partes illud ingreſſas removere ſtudeat, in gruente autem dolore reactione cohibeat ne remotum recedat. Agit itaque operator ſilente natura, reagit illa agente. Atque haec reactio tempore dolorum ingruentium per indirectum quaſi tunc jam agit quam efficaciſſime, quamvis et ſub doloribus ipſis quando-

que

que agere obſtetricatori utique liceat, et emolumentorum ſummam inde perceptam miraturus ſit.

§. XXIII.

At id praecipue adhuc monendum eſt, novam hanc encheireſin non prius eſſe applicandam, quam velamenta orificium ingreſſa, ſilentibus etiam doloribus, tenſa manent et dura, in *medio* nempe *ſtadii ſecundi.* Totum per tertium ſtadium usque ad quarti initium continuatur. In ſtadio ſecundo ergo ſupra velamentorum veſicam removere aquarumque profuſionem, per modum quaſi vero indirectum, ſic accelerare conamur; aquis autem profuſis ſupra caput ſegmento inferiori inhaerens ipſum caute dimoveatur orificium. Encheireſi aliquod per tempus applicata, labium orificii uterini poſterius primum, deinde etiam lateralia ſe digitis ſubducere efficimus.

Sub-

Subductis labio poſteriori et lateralibus, obſtetricatorem labii tantum anterioris remotio occupat, donec remotum et caput intra labia vulvae majora locatum ſit. Dolorum vero vis a tergo hanc novam encheireſin valde adjuvat; uti raros invalidosque dolores, encheireſis, tanquam irritamentum, reddit frequentiores validioresque.

## SECTIO QUARTA.

*Partuum, per novam encheireſin, in Noſococomio obſtetricio quod Morburgi floret, operatorum hiſtoriae.*

### §. XXIV.

Primipara viginti quinque annorum, conſtitutione robuſta, ſub veſperam die 7 Iulii, *dolores praeſagientes* totam per noctem durantes ſentivit. — Hora 10 matutina diei 8 Iulii, ex

plo-

plorans, uteri deſcenſum, caput ſegmento inferiori inhaerens, immobile, orificium uterinum unum et dimidium circiter pollicem in diametro apertum, veſicam ingruente dolore illud ingredientem et vaginae mucum ſanguine tinctum, inveni. Omnia haec ſtadii ſecundi jam-jam incepti erant indicia. Eam eſſe primiparam, me orificium chartaciae tenuitatis cum ambitu exacte circulari frenulumque inviolatum, certiorem reddiderunt. Raro et invalide invaſerunt dolores. — Hora 12 uteri orificium paululum magis apertum veſicamque, dolorum etiam remiſſione, ex eo eminentem, percepi. — Hora 1 poſt meridiem nil mutatum inveni, dolores adhuc rari erant et invalidi. Parturiente ſella obſtetricia inſeſſa, per deſcriptam novam encheireſin orificium dilatare velamentorumque rupturam accelerare, ſtudui. Applicata per aliquod tempus encheireſi, orificium multo magis aper-

tum

tum eſſe, luculenter ſentivi. Attamen aquae, propter membranarum denſitatem, annuli *Ill: Steinii* ope erant emittenda. — Hora 1 1/2. Aquis effluxis, fontanellam poſteriorem praeviam parturientis ſiniſtrum verſus latus locatam eſſe, futuramque ſagittalem eundem cum obliquo Deventeri diametro curſum ſervare, erat percipiendum. Dolores multo frequentiores validiores que fiunt. Encheireſin nunc ad orificii labia magis magisque ſupra caput illud ingreſſum retroprimenda applicavi. Paulo poſt capite corollato ad labium poſterius non erat attingendum. Labio itaque anteriori et lateralibus me jam occupavi. Hora 2. Labiis lateralibus digitis ſubductis, anterioris tantum remotionem continuavi, usque dum ex toto remotum et capitis apex intra labia majora erat locatum. — Stadium quartum dolores ſine ulla fere intermiſſione et validiſſimi commitarunt. Palma manus ad pe-

ri-

naei rupturam praecavandam reſiſti. — Hora 2 1/2 foetus in lucem editus erat. — Partum his ſubſidiis in ſecundo et tertio ſtadio adminiſtratis compluribus horis acceleratum fuiſſe, quis non videt.

## §. XXV.

Primiparam viginti circiter annorum bene conformatam, robuſtam, die 15 Iulii, *dolores* invadunt. Tempore matutino die 16 Iulii, dores vehementiores frequentioresque fiunt. — Hora 12 meridiana, exploratio interna, me, orificium duos et dimidium circiter pollicem in diametro diductum, velamenta illud ingreſſa, dolorum etiam intervallo tenſa et dura, ſegmentum uteri inferius expanſum et vaginae mucum nullo ſanguine tinctum eſſe, certiorem reddidit. Ergo medium ſtadii ſecundi. Doctores vehementes erant et frequentes — Hora 12 1/2. Appli-

plicata aliquod per tempus nova encheireſi, aquae profuderunt et caput eum in locum quem antea accuparent velamenta intravit. Ergo tertii ſtadii initium. Capitis fontanella minor praevia, arcu oſſium pubis affixa, naturalem ejus ſitum indicavit. Labium orificii poſterius jamjam non erat attingendum. Labia itaque anterius et lateralia removere ſtudui, dolores multo vehementiores frequentioresque faciti, labores meos valde levarunt. — Hora 1 poſt meridiem. caput penitus erat corallatum. Continuata encheireſeos applicatione, dolorum vi a tergo magnopere ſuſtentata, ſe primum labium ſiniſtrum, paulo poſt etiam dextum digitis ſubduxerunt, et labium anterius ſolum modo erat percipiendum. — Hora 1 3/4 labium anterius etiam remotum erat et quartum ſtadium incepit. Perineo, in quarti ſtadii medio, conſueto modo ſuffulto, partus hora 2 abſolutus erat. — Par-

tum

tum cum temporis et dolorum compendio inſigni per hanc encheireſin ſecundo et tertio ſtadio adhibitam promotum fuiſſe, quis negabit?

## Concluſio.

His ex propoſitis ſatis elucet, hanc novam encheireſin principiis mechanicis partus naturalis ſuperſtructam omnium eſſe aptiſſimam ad parturientium viribus doloribusque parcendum, tranſitum ſtadiorum accelerandum partumque expeditiorem reddendum. Quo enim aaceleratior ſtadiorum tranſitus, eo expeditior partus.

THE-

# THESES.

1) *Plurima graviditatis ſigna ſunt dubia.*

2) *Febres malignae, ſic dictae, non propriam claſſem conſtituunt.* —

3) *Fibras muſculares utero ineſſe, credo.*

4) *Suturas cranii trepano perforare, ubi opus eſt, licet.*

5) *Vis cordis in vaſa usque cappillaria, non agit.*

6) *Pus generatur in parte affecta.*

7) *Etiam in febribus putridis non ſemper eadem et conſtans medendi methodus eſt adhibenda.*

8) Cau-

8) *Cauſa proxima inflamationis eſt vaſorum minimorum motus oscilatorius valde auctus.*

9) *Dyſſenteria non ſemper eſt rheumatismus inteſtionorum.*

10) *Fumum herbae nicotianae paulo poſt prandium haurire, minime nocet.*

11) *Methodus illa, qua infantes variolis laborantes frigori exponuntur, ſemper adhibere nequit.*

12) *Certa ſigna pleuritidem inter et peripneumoniam dari, contendo.*

# COLLECTIO III.

Closſius, Dr. C. Fr., *Tract. de Ductoribus Cultri Litomi Sulcatis.*

Jaegerschmidt, Dr. G. V. T., *de Aceti Camphorati uſu tam interno quam externo, in morbis putridis ſalubri.*

Klapp, Dr. H. A. W., *ſiſtens Indagationem Naturae morbi ejusque definitionis principiis phil. Kantianae ſuperſtructum.*

Maurer, Dr. T. G., *de Medicamentis antepilepticis.*

Schaub, Dr. J., *de Lauro Ceraſi Qualitates Medicas ac venenatas inprimis Veneni eſſentiam.*

Schehmel, Dr. C. P. L., *de Noviſſima aeque ac Praeſtantiſſima, ad promovendum partum naturalem, encheireſi.*